


28. *tuq fu* *uetu nouis*
 29. *up' lip* *up' lip*

bel suer

In nomine Amen.

us uox spaxi crebri celū

repleat clamore celer. Thomas
Primus martiribus suis
 usitatis cepit maxime
 charissime uirgibus: ceteris
 sum gressum claudis furoris
 auditum loquelarum multorum



Opp. XVI

a 229

AD FVRI-
OSAS PETRI DATHE-
NI CRIMINATIONES, FAL-
SASQVE ET ABSVRDAS EIVSDEM
de Verbo Dei & Scriptura, item de Eccle-
sia Catholica eiusdemq̃ue commu-
nionē, sententias, interiectis
interim & alijs contro-
uersæ Religio-
nis locis

BART. LATOMI
ALTERA RESPONSIÓ.



COLONIAE
Apud Maternum Cholinum, An-
no M. D. LX.
Cum gratia & priuilegio Cæs. Maies.

Q444a

E. XXI, 115



[300-]

232773 I

AD FVRI-
OSAS PETRI DATHE-
NI CRIMINATIONES, FAL-
SASQVE ET ABSVRDAS EIVSDEM
de Verbo Dei & Scriptura, item de Eccle-
sia catholica eiusdēq; cōmuniōe, sentētias,
interiectis interim & alijs cōtrouersæ
Religionis locis

BART. LATOMI

RESPONSIO ALTERA.



Blatrantem te iterum
Dathene, sæuisq; ma-
ledictis tātō ex inter-
uallo me repetētem,
contemnendum duxeram, tur-
pesq; & manifestas calumnias tu-
as, silentio eludēdas potiùs, quàm
iusta quidem, sed nūquam tamē
finienda tecum altercatiōe repri-
mendas. Sed reuocauit me effre-
natæ petulantiaæ tuæ indignitas,
qua corrupti animi tui morbum
iamdudum palam omnibus ita te
A 2 cisti,

cisti, vt cuncti intelligant, nihil p̄-
 si habere te, qua modestia quāue
 improbitate reprobarum opinio-
 num tuarum farraginem, quæ tibi
 cum aliis communis est aduersus
 optimum quemq;, tanto conatu,
 si diis placet, tātōq; discrimine tu-
 caris, vt succubuisse tibi immane
 dedecus, vicisse aut̄ instar triūphi
 fore videatur. Quid & illud mihi
 verendum fuit, ne si ego, quem tu
 Rhetorem ac nominatim Cory-
 phæum etiam facis in hoc papisti-
 co bello, nihil responderem tibi,
 videreris apud imperitos egisse ali-
 quid contra me, causamq; verita-
 tis in hac publica dimicatione ru-
 bore saltem aliquo verecundiaque
 affecisse. Itaq; respondebo tibi de-
 nuò, & quidem eisdem de rebus,
 sed quā breuissimè potero, ne vel

RESPONSIO ALTERA.

ocio abundare aduersum te in hac hostili cōtrouersia, vel magno conatu nugas mendaciaq; tua refellere videar.

Quæro igitur ex te primū, tur-^{Propositi-}
pissime cōuiciator? cū in crimi-^{tio.}
noso illo ac verè pudendo libello tuo, cui amplius totum biennium frustra insudasti, sacrosanctè coram Deo ipso testatus sis, atque ita ore sacrilego diuinæ etiam illuferis Maieitati, te nullius rei nisi veritatis studio arripuisse calamū aduersum me, contumelias, mendacia, dedecus (verbis tuis vtor) pro Christo contemnere didicisse, zelo qualicunque impulsū solius Dei gloriam quærere : cur tam acerbo infestoque odio, tanta conuitiandi libidine ac ferocitate inueharis contra me? non vno

BART. LATOMI

in loco, sed paginis omnibus, cum
propemodum in complexu ora-
tionis tuæ cur tam superbè, arro-
ganter, barbaricè insultes mihi? cō-
temnas sedulitatem meam in hoc
publico negotio? Studium, inge-
nium, mores, quos inculpatos huc
usq; tenuisse me arbitror, exagites?
An quia prior inuectus sum in
te? nam hoc dicere te conari vi-
deo. Nihil te pudet vel in limine
ipso tam impudentis mendaci?
Nunquam te noram (vt nosti) fla-
grio, nunquā audiueram de te, ho-
mine alioqui crassa caligine obru-
to, sed ne nunc quidem fatis scio,
qui sis, aut quibus ex latebris emer-
feris nobis obstrepera, inauspica-
taque aus ista. Respōderam calu-
mniōso libello ante biennium de
dissolutione colloqui ab aduersa-
riis.

RESPONSIO ALTERA.

riis Catholicæ religionis edito, non sponte quidem, sed impulsus societate causæ, in qua & fides mea & existimatio in communi periculo versabatur. Defenderā & articulos quosdam veteris doctrinæ, & quidem præcipuos, eadem opera, perstrictis interim novis aduersariorum ac disidentibus dogmatibus, cum tu procax ardelio subito te quasi ex transverso intulisti, flagellasti Staphylū & Auium, cūq; alicūlè nactus esses libellum meum, qui nōdum ex officina in publicū prodierat, me quoque in calice scripti illius ita lapidasti, vt contumeliarum omnium, quæ in me excogitare potuisti, nihil reliquū feceris. Palpo, impostor, rhetor vaniloque, & quibus probrosis vocibus inter alia maledicta

conuiciaq; tua identidem me non
appellasti? Hæc ego condonarem
tibi homo bellissime? crimina tur-
pissime assentationis papisticæ,
impietatis, idolomaniaë manife-
stæ, blasphemiaë in filium Dei,
omnia acerbissimis dictis in me
congesta, homo lentus scilicet,
tuo tuorumque more Euangeli-
ca mansuetudine præditus, dissi-
mularem? parcerem homini sua-
uissimo, nec refellere tam atro-
cia crimina, nec paria tecum facien-
di, ius fasque mihi esse putarem?
Nō ego te læsi prior, si nescis im-
probe blatero, nec vera est huius
secundæ oppugnationis tuæ appel-
latio, quam alteram aduersum
me responsionem falsò inscri-
psisti, cū ante hanc alia nulla
tua, sed criminatio aduersum me
pro-

RESPONSIO ALTERA.

prodierit, & quidē peracerba. Nisi fortē respondet is qui aduersarium laceffit, quiq; eum quo cum nihil negotii sibi est, vel inuitū etiam respondere compellit?

Sed videamus tamē, quibus cōuiciorum flosculis ornaris hanc alteram responsionem tuam, tu inquam, qui solius veritatis studio impulsus arma cepisti contra me, hocque ipsum sanctē etiam coram Deo ipso es testatus. Sed neque omnia tamen hic persequar: quis enim rabiosam infinitæ loquacitatis tuæ stribiliginem persequatur? sed paucula quædam ex ipso ingressu libelli tui attinguam, quibus animaduersis cætera qualia sint optimus quisque per se facilimē æstimauerit.

*Criminū
& conuiciorū depulsio.*

Ac primū sanē illud occurrit,

A 5 insul.

insulsum ac putidum esse scriptum
meum. Credo equidem homi-
ni fallo tibi ac bene piperato, qui in
maledicendo oratione tam læta ac
festiua vteris, vt qui te semel audie-
rit, nihil putet vel modestius vn-
quam, vel liberalius ab vlllo homi-
ne, nisi inter barbaros aut pecudes
nato, dici potuisse. Quòd si mea
insulsa oratio nauseam tibi mouit,
rectè habet: id ipsum enim quære-
bam, atque vtinam dentes etiam
illos tibi quibus appetiisti me ex-
cussisset.

Quòd corniculam me facis
alienis plumis, vt Eccii, Fabri,
Cochlæi, similitumque monstro-
rum (vt tu ais) pennis ornatam,
perquàm festiuium est, ac risu eti-
am ingenuo dignum. At ego non
animaduertentem cochleas etiam
habe-

RESPONSIO ALTERA.

habere plumas, vulgares duntaxat
aves vluque peruetusto cognitae,
persequer. stultè fortasse. Sed
quid facias homini bis puero iam
dudum, alterumque pedem, ut
tibi videtur, in fouea habenti. Eo-
dem cultu superciliū attollere me
narras, & quodnam aliud nisi plu-
matum? urbanè & hoc sanè ac no-
uè tales enim Regibus ex India
portantur aues. Sed cur tu præsti-
giator ex hominibus mōstra facis?
& quidem ex talibus viris, quo-
rum tu nec nominis memoriam,
nec studia & doctrinæ laudem,
vnquam assequeris. Quòd si plu-
mis alienis vestiri turpe, & , ut
tu putas, monstro simile est,
quid de te iudicabimus? qui
cū paulò antè coruos funestos pi-
casque infaustas obstinatè induisses,
nunc

nunc schemate mutato colorem
 quidem ostentas eundē, intus au-
 tem caluiciem turpem morbūque
 Gallicanum fœdissimè occultas.
 Hoc quid sit si minùs intelligis, po-
 sterius fortasse efficiam, vt vel digi-
 to tangas. Nullius authoris me pu-
 duit vnquam, qui modò recta ac
 vera doceret tibi, si non placent Ec-
 cianæ & Fabriles plumæ, habeo ali-
 as aues, & quidem nobilissimas,
 quas tibi non splendidè minùs, q̃
 fortiter opponam. Nec tu me, quē
 Rhetorem facis, tam supinum i-
 gnauumq; esse putes, vt quibus ar-
 mis aduersus te tuosq; vtor, ea nō
 lectissima, probatissimisq; ex ar-
 mariis deprompta esse velim.

Conari me ais infamiæ nota m-
 inurere Principibus, qui Euange-
 līi veritatem retinent. Mentiris tur-
 pissime

RESPONSIO ALTERA.

pissime rabula. Nulla mihi cum Principibus his de rebus, sed tecū controuersia est, tuisq; cum sodalibus, qui & captos iam dudū præstigiis vestris tenetis Principes, & turbatis omnia, & me quærentem hic ocium potiùs, vitantemq; certamina vestra, quietum tamen pacatumq; esse non finitis.

Mendaciis corrasis me impleuisse ais paginas. Cur non potiùs nummis corrasis loculos? quādoquidem & auaritiæ me, amplorūque stipendiorum ex Papistica assentatione improbissimè insimulas. Ita enim scribis, Sciebam me frustra laborare, si responderē stulto iuxta stultitiam suam, cū Latomus cauterio ambitionis & auaritiæ exustam conscientiam haberat. Scitè prorsus ac probabiliter.

Opes

Opes enim ac potentia superbi in
moderatiq̃ue hominis satis osten-
dunt, quam attentus ad rem,
quamq̃ue honorum studiosus &
fuerit semper, & hodie sit. Quid
ergo sequitur? Quæ ad omnes ad-
monitiones iam dudum stupida fa-
cta est. Stupidam vocas conscien-
tiam meam, quam & leprosam a-
libi appellas, quasi tu scilicet non
totus animo pariter & corpore,
mente simul & lingua, fœditissima
hæreticæ prauitatis lepra sis percus-
sus. Sed cur non hominem ipsum
potius stupidū bardum, leprosum,
vna eadēq̃; opera dixisti? an minùs
te profecturū esse putasti, si totū, q̃
si partē eius deformares? Sed per-
ge obsecro, valde enim me dele-
ctant fallamenta ista ingenii tui mi-
nimè stupidi iam pridē, inquis, ip-
sum

RESPONSIO ALTERA.

sum admonendo oleū & operam
perdidit sanctę memorię Bucer⁹.
Quid ego audio? sanctę memorię
Bucerus? At hūc obtorto collo in
Anglia extinctum nuper, eodēq;
habitu mane in lecto inuētum fu-
isse narrāt, ac penē credideram e-
tiā, cū illud nonnulli persanctę
affirmarēt. Sed malē sit susurroni-
bus, qui de tali viro tā incredibi-
lia spargere nō timuerūt. Illud ta-
men satis cōstat, memoriam ho-
minis breui interuallo ita obmu-
tuisse, vt nisi dānasset eū Luthe-
rus, viuere vtcunq; potuisset inter
Confessionarios, nūc autem cū
nec Zvinglianum illum fuisse ne-
scripta quidem ipsius apertē ostē-
dāt, nō video qua in centuria no-
uorum dogmatum nomē sanctę
memorię eius rectē locari possit.

Quid

Quid porrò habes? perge obsecro.
 Negas me spei quicquā de me re-
 liquisse. At qua de re obsecro? aut
 cui reliquerim? tibíne ac sodalibus
 tuis? At ne de vobis ipsis quidem
 quisquam bene sperare audet, nisi
 fortè spes est, te rediturū ad mentē
 saniozem, abiectoq̃ue falsarum
 opinionum studio, veritatis cau-
 sam, quam hucusque temere op-
 pugnasti, cum modestia ac man-
 suetudine amplexurum esse. Sed
 cur Scripturam sacrā à me labyrin-
 thum nominari ais? Vbi obsecro
 hoc à me scriptū est? vbi inquam,
 & quib. verbis scriptū est? Nihilne
 te pudet manifestæ calumniæ? im-
 pudentissimæ vanitatis? affingere
 scilicet aduersario, quæ omnino
 aut dicta nō sunt, aut si qua sunt di-
 cta, torquere tamen eadem, atque
 in

RESPONSIO ALTERA.

in alienū sensum deprauare? Ego
 Scripturam sacram in omni con-
 trouersia explicanda regulam infal-
 libilem esse, & dixi semper, & ho-
 die dico, neque passim tamen, ne-
 que omnibus claram expeditāq;
 esse, sed his duntaxat, qui candem
 iuxta Maiorum traditionem, hoc
 est, veteris Ecclesiæ sensum intelli-
 gant. Qui autem ingeniis suis præfi-
 dentes relictis Patrum vestigiis, no-
 uos in ea intellectus quærant, hos
 nō magis proficere existimo, quā
 si labyrinthum quendam ingressi,
 dum se expedire conantur, multi-
 plicatis ambagibus, in alios subin-
 de atq; alios errores incidunt. Hoc
 si tu non credis nouator, circum-
 spice paulisper, & exempla tibi, e-
 tiam quæ nolis, ante oculos oc-
 current. Non loquor de Arrio,

B

Euti-

BART. LATOMI

Eutycete, Nestorio, aliisque veteris sentinæ hæresibus, sed de nostræ ætatis variis & inextricabilibus labyrinthis, quorum fabrica etsi ex scripturis sanctis, ut architecti eorundem omnes clamant, ducta est, tamē quia ad orthodoxam lineam directa non est, res ipsa docet, in quot, & quā impios inexplicabilesq; errores abierint. Hæc te quidem negare non arbitror, sed delectum tamen agere video, & lineam illam orthodoxā quasi Lesbiam regulam ad institutum tuum deflectere. Sed de hoc posterius. Nunc illud efficere volui, ut ostenderem, scripturam sacram omnibus labyrinthum non esse, sed tibi duntaxat ac tuis, qui Maiorum vestigiis relictis, dū novas semitas quæritis, errabundi ac turpi-

RESPONSIO ALTERA.

turpiter palantes nihil certi exploratiq̃ue , quòd sequamini, habere potestis. Quid porrò sequitur?

Sacrilegas voces ais me frequenter eructare inter pocula , & inter ventres me numeras . Quid ita obsecro? An quia alibi Papisticum assentatorem me nominasti , hic ventrem etiam adiungis, vt Gnatonem quempiam ac parasitum effingas? Pulchrè sanè ac lepidè. Quòd si ego te vicissim ganeo-nem, aut alio quopiam turpi pudendoq̃ue nomine appellè , quod æquè promptum paratumq̃; mihi est, succensebísne mihi, qui par pari retulerim? Non æquum fore arbitror. At ego tamè hic parcã tibi, meq̃; vinci abs te æquo animo patiar, præsertim cum nec ætas mea, quam tu frustra suggillas, nec stude-

B 2 dia,

dia, quæ multis nota sunt, nec vitæ
consuetudo, quam inculpatam es-
se confido, nec labores denique
tam publicis quàm priuatis in re-
bus assidui, ita petulantia tuæ in-
dulgeant, vt tu impunè hic insultas-
se mihi, fructumq; maledicentia
tuæ absque pudore ac verecundia
hinc abstulisse videaris. Voces sa-
crilegæ rabula non meæ, sed tuæ
sunt, tuæ inquam, qui effrenatis he-
resibus addictus, sacra, quantum in
te est, misces prophanis, oppugnas
Ecclesiam Dei, furorẽ popularem
ad arma, ad cædem eorum, quos
tu impiè odisti, ad fundendum san-
guinem pro quo Christus mortu-
us est, cõcitas. Negas sacrilege? Re-
pete animo quæ scripsisti in epi-
stola tua nuncupatoria, quibus
verbis increpes cunctationem tuo-
rum

RESPONSIO ALTERA.

rum, ignaviam exprobres, dum
 stertere illos tam diu ac dormire su-
 pinos ais, nō observare potentiam
 ac multitudinem aduersariorum,
 non stare in excubiis. Iudæos po-
 tiùs Iudæos inquis, imitandos es-
 se, ex Babylone quondam re-
 uersos, altera que manu templum
 instaurandum, quod à Romano
 Antichristo dirutum sit, altera in
 hostem pugnandum, & quidem
 strenuè, ne quis sit qui progressum
 operis remorari possit. An hæc nō
 est oratio tua, scriptor sanguinarie?
 verba impia? voces sacrilegæ? qui-
 bus si locus detur, quam putas
 hodie religionem in Ecclesia? rei-
 publicæ statum in Imperio habe-
 remus? Et tamen cantantur no-
 bis pacis publicæ fœdera, sanctio-
 nes Principum tot tantisque con-

BART. LATOMI.

uentibus ordinum, tanto consensu, authoritate, religione, firmata? Quòd si legibus, vt par esset, tecum ageretur, seditiose rabula, quem te putas locum in Imperio? quam incolumitatem vitæ salutisque tuæ, nisi in fuga & auxilio habiturum esse? Sed publicæ animaduersionis sunt ista, quæ vtinam tamen seuerius excernerentur, non abiret impunita, crede mihi, nec tua ista, nec similia huius temporis scriptorum futilium ac declamatorum seditiosorum licentia. Sed pergo ad reliqua.

Gehennam mihi denuncias, infelix caduceator, & quidem oratione pergravi, qua sanè ita pauidum me reddidisti, vt nisi mulierculas, pueros eundem in modum terri-

RESPONSIO ALTERA.

territare vidissem, seriò te mecū agere putarem. Sed quid narras obsecro? Quòd etsi Latomus, inquis, impunè hic ferat, immo hoc nomine gregalibus suis gratus sit. Quid tum postea? At cur hic addis gregalibus? an non hāc pennam furripuisti mihi cornicula? & quidem ex priori libello meo? Verùm perge, quid de Latomo? Non ita auferet, inquis. Quid igitur fecit? quid peccauit miser? an quia te labyrintho inclusit? at emisit modò, nec moram facit, quò minùs abeas quò velis, aut certè quò dignus es. Sed quid Christus? Qui omnes, inquis, vocem suam in Euangelio non audientes. Quid an non & extra Euangelium audimus? docente scilicet

Ecclesia per ministros? nisi fortè frustra scriptum est, Qui vos audit, me audit. Verùm quid addis? Multo magis etiam, inquis, eandem iridentes. At qui sunt isti calumniator, qui vocem Christi irident? nisi tu ipse fortasse, & gregales tui, qui abiecta veteri ac vera voce Euangelica, nouam nobis iamdudum excitastis. Sed quid tandem Christus? In gehennam, inquis, præcipitabit. Latomum ne? Bona verba quæso. Inextinguibilem. Proh Iuppiter, periit infœlix. ô duram inferorum conditionem, si ne flamma quidem ibidem exstinguitur. nunquam audiueram, nisi tu nunc primùm nobis indicasses. Sed quis tibi obsecro dixit ista? Christum venisse legimus, nō vt perdat, sed

RESPONSIO ALTERA.

vt quærat, ac seruet potius quod perierat. Quid enim si cōuertatur peccator & viuat? poterit ne gehēnam effugere? Sed illud potius quæro ex te hariole, cur tute ipse tibi non metuas à gehenna? qui maledicis fratri tuo? qui eundem & iudicastemerè, & calūniis maledictisq; omnibus insectaris? An ignoras quid in Euangelio pronunciatum sit? Qui dixerit, inquit, fratri suo fatue : tu multò atrociora dixisti. Item nolite iudicare & non iudicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini. Tu fratrem tuum gehennæ etiam adhuc viuum addixisti. Quid sequitur autem? quid? de festuca & trabe in oculo. An non hoc etiam apertissimè in te conuenit? qui enim hypocritam non

set, vel ex hoc ipso loco verè
 Euangelicum te esse putaret. Sed
 quid argumentis tecum ago? Il-
 lud certè ignorare non potes, te
 & esse & haberi pro schismatico,
 ne quid grauius dicā, cū de hoc
 ipso etiam glorieris. Constat e-
 nim secessisse te ab vnitae Eccle-
 siæ, ab institutis maiorum, à san-
 ctorum, qui vsquam vel in cœlo
 vel in terra sunt ac fuerunt, com-
 munionē. Negas? at hoc ipsum
 res ipsa loquitur, nec quisquam
 est inter homines sanos tuiq; dis-
 similes, qui saluo boni viri pudore
 illud inficiari possit. Nisi fortè
 alia in terris sanctorum est, alia
 vniuersorum fidelium commu-
 nio, à qua cū te per noua se-
 ditiosaq; dogmata separaueris,
 quonam modo gehennam, quæ

omni

RESPONSIO ALTERA.

omnibus à Christi corpore segregatis parata est, effugies? aut quam tandem salutem, cuius te consortio asyloque vnico exclusisti, sperare audebis? Miserum te ac verè perditum, qui aliena pericula tam procùl videre te putas, tua in limine ipso, quasi oculis pariter ac mente captus sis, videre non potes.

Sed impulit te fortassè illud quod ais, omnes pios de Lato-
mo benè sperare desiisse. At qui nam sunt obsecro pii isti? Tu ipse sanè & sodalium tuorum chorus. At quis vos conduxit? aut quid omninò excitauit vos, vt de me benè speraretis? de me inquam homine alieno à studiis theologicis, immò inepto etiam vaniloquo, & insulso? Sed video,
tandem

tādem quid mouerit vos. Epistola certè ad Sturmium. Hanc enim exprobras mihi, quasi in ea causam vestram iustam esse agnouerim (ita enim scribis) & Lutheri Euangelium receperim. Fateor equidem epistolam scriptā fuisse, & quidē ante annos 20. & Bononiæ in Italia scriptam. Attunc nondum eram theologus, bone vir, nondum cum Bucero conflixeram. Quid? an non licebit mihi defensione ista uti? non dicere, sapientis erat mutare consilium? lapsus me etate illa, deceptum, populari opinione seductum fuisse? Sed non utar, remittam tibi disceptationis huius molestiam. Illud ex te quæro, quid tandem habeat epistola illa, ex quo tantam de me spem conceperatis noui Evangelici?

RESPONSIO ALTERA.

lici? futurum me scilicet in castris
vestris, pugnaturum pro focis &
aris nouarum opinionū, dogma-
ta noua defensurum esse? Legisti
ne obsecro, ac perspexisti etiam
probè, quid tunc scripserim? nam
mihi certè ferè excidit tātō inter-
uallo. At tu calumniator, tu in-
quam, cur non adscripsisti verba
epistolæ? non prouidisti vt te libe-
raret calumniæ suspiciōe? An ve-
rò quisquā hīc aliter de te suspica-
ri potest? nisi hoc artis esse tuæ, vt
fingas mendacia quæ exprobres,
rursus autem dissimules ea? quæ
te arbitrato tuo arrodere posse
desperes? Nihil agis nugator, ni-
hil his artibus proficis, satis certū
mihi exploratumq; est, fuitq; sem-
per, quæ tunc etiam his de rebus
sententia mea fuerit, quam certè

&

& scripta mea non ita multò pòst
 edita, tibi etiam, vt video, non in-
 cognita, fatis ostendunt, Nec tu,
 si tunc quædam non improbaui
 in nouis scriptoribus illis, quæ
 nec hodie improbo, tu in calu-
 mnam rapere debuisti quasi vni-
 uersam causam vestram approba-
 uerim. Multa enim sunt in mori-
 bus Ecclesiæ, in doctrina negle-
 cta, in vsu religionis deprauato,
 quæ tempore irrepsērunt in Ec-
 clesiam, dormitantibus scilicet
 pastoribus, sicut fit omni tempo-
 re, & procliuè est, eritque semper
 donec mundus finiatur. In his igi-
 tur, si quid repræhensum à me
 laudatúmue fuit, quod à nouis
 illis scriptoribus pariter lauda-
 tum repræhensúmue extitit, tú ne
 idcirco cauillaberis eò me etiam
 teme-

RESPONSIO ALTERA

temeritatis progressum fuisse, ut
nouas opiniones, quas nec tutas
nec veras esse, ne tunc quidem
persuadere mihi potui, nouaque
dogmata, quorū pleraq; non tam
utilia Ecclesiæ, quàm curiosa, ocio-
sæq; concertationi, quàm pieta-
ti aptiora esse, animaduvertebam,
cōtra veterum authoritatem me-
amq; ipsius conscientiā defende-
rē? Et tamen Babylonicæ meretri-
cis assentatorem me, emptū am-
plis stipendiis, ambitioe, avaritia,
si diis placet, corruptum, ore illo
tuo verè corrupto criminari non
erubescis? tanta scilicet tamq; bar-
barica impudentia, altera etiam
nunc vice in me inuectus, ut vna
cum religione Catholica sensum
omnem ingenuæ moderationis
amisisse videaris.

Sed

Sed quid mihi parcas obsecro?
homini priuato ac plebeio? Illud
quæro ex te turpissime scurra, qua
fronte, quo sensu Christiani pu-
doris, audeas veteris illius Eccle-
siæ Præsulem, non in Romana
tantum, sed ante tam multos an-
nos, totius orbis consensu, in vni-
uersa Catholica Ecclesia præsi-
dentem, tam turpi probrosoque
nomine appellare? Parum ne vi-
detur tibi, quod te ipsum eiecisti à
Petri nauicula, nisi & gubernato-
rem eiusdem omni probro igno-
miniaque persequaris? Sed noua
non est, non est noua inquam hæc
importunitas tua, nulla hæretica
labes vnquam extitit, quæ non si-
mul & Ecclesiæ Dei & supremo
eiusdem antistiti, bellum indixe-
rit. Neq; ego nunc, ne quid erres,
de

RESPONSIO ALTERA.

de homine ipso loquor, quibus aut virtutibus aut vitiis præditus sit, sed de potestate hierarchica, quæ ordinata à Deo humana temeritate violari non debet. Nō haberes potestatem in me dixit præfidi Christus, nisi tibi data esset desuper. Imperium certè à Deo habebat Pilatus, tametsi à Cæsare in prouinciam missus esset. Nūquid vilior apud te erit Pontificia dignitas? quā tu meretriciam tamen & Antichristianam appellare nō erubescis? Scriptura vetat, Principi populi sui maledicere, & Paulus iubet honorem deferre etiam ethnico magistratui, tu Ecclesiasticum probro afficies? execraberis? Paulus pronunciat eum, qui magistratui resistit, Dei ordinationi resistere, tu maledices etiam,

C

con

conuiciisq; omnibus nomen
 dignitatemq; summi Pontifica-
 tus lacerabis? Hęcine modestia
 est illa Euangelica? pietas Christi-
 ana? quam tanta religione ac mō-
 suetudine plebeis auribus occine-
 re soletis? vt nulla ferè sit concio,
 nulla pagina in libellis vestris, in
 qua non voces illæ, piè, sanctè, fra-
 ternè, vel ad fastidium vsque, in-
 culcatæ reperiantur? Sed tu negas
 fortassè Pontificem Rom. tibi
 Pontificem esse. Quid ita? quia
 impius, impostor, tyrannus, i-
 dolomaniacus, Antichristus. Ma-
 gna certè & atrocia crimina nar-
 ras Antimache, sed vide etiam
 vt probare possis. Aequum cer-
 tè foret, subscribere te tam graui
 accusationi, vt si vinceretur, le-
 gibus vindicaretur in tam no-

RESPONSIO ALTERA

centem reum: sin minus, tunc
vt tu calumniator iure talionis
ad supplicium rapereris. Sed di-
xi modò ista, quæ tu obiicis, hu-
ius vel illius fortasse hominis cri-
mina esse, non officii ac pote-
statis, alioqui omnes qui cum
eadem potestate fuissent aliquan-
do, aut futuri essent in poste-
rum tempus, simili quasi con-
tagione tenerentur. quod fal-
sum absurdumque esse, si nihil
aliud, certè vel Ecclesiasticarum
rerum historiæ docent. Falsum
est igitur illud, ex quo sequitur
quod tu obiicis, nempe officii ac
potestatis æstimationem ex homi-
num meritis faciendam esse. Et
hoc tibi de meretrice Babylony-
ca respõsum sit. Quod ad assenta-

tionem meam attinet, ex te audire cupio, quæ sit illa & qualis assentatio, cuius tu me tam improbum inuidiosumque reum facis. Illud te vrit fortasse, quod tibi actuis interim respondeo de Pontifice, dum illum à vobis tam fœdè laniari video. At quid tu aduersum me ringeris hac de re Cynice? Quid enim tecum mihi & cum Pontifice? nisi quod tu te hostem declaras Rom. Ecclesiæ, ego causam meam coniunctam cum causa publica vtcunque defendo. Omnes qui Deum patrem agnoscimus, vinculo charitatis in vnam quodammodò fraternitatem cōiuncti sumus, in qua dum vnus læditur, certè totam societatem lædi necesse est, præsertim si caput appetitum sit, in quo grauiora

RESPONSIO ALTERA.

ora etiam vulnera accidere solēt.
 Etenim si Paulo credimus, simul
 & compatiuntur membra omnia
 in hoc corpore Ecclesiæ, quod
 Christi est, & simul gaudēt. Quod
 si verum est, si capitis vicem sin-
 gula etiam membra suam putare
 debent, fauere honori illius, in-
 columitati consulere, auertere in-
 iuriam, incommodū subleuare,
 cur tu me hîc assentatorem appel-
 las? qui non tantum immanitati
 tuæ contra summum Pôtificem,
 sed vna eadēq; opera libidini eti-
 am petulantiæq; tuæ aduersus me-
 ipsum resisto? An verò non licet
 ne iniuriam quidem repellere? nō
 vni sanè mihi abs te modò in hoc
 calumnioso scripto tuo, sed inte-
 rim cunctis etiam Catholicæ re-
 ligionis cultoribus, cum à te tum

à cæteris omnibus sentinæ tuæ
 hausoribus, non illatam quidem
 nunc tantum, sed inferri etiam
 quotidie ac frequentari in omni
 sermone vestro, publico priuato-
 que solitam, dum non alio ferè
 nos scilicet, quàm papistico, hoc
 est (vt vestra est sententia) anti-
 christiano probrosoq; nomine,
 superbè & contumeliosè appella-
 tis? Hanc tantam tamq; effrena-
 tam licentiam, iniuriam, insolent-
 tiamq; tuam, nec tuam modò, sed
 aliorum etiam turmalium tuo-
 rû, qui in me pariter infesto odio
 incurrût, dum repello, dū causam
 religiõis, cuius me nec puduit vn-
 quàm, nec hodie pudet, pro virili
 mea defendo, nomẽ existimatio-
 nẽq; meã à contumelia, à calûnia,
 id quod diuina humanaq; iura o-
 mni-

RESPONSIO ALTERA.

mnibus permittunt, vindico: tu
 me rabula noīe turpissimi adula-
 toris, gnatonica scilicet parasiti-
 caq; appellatione infamabis? Cur
 hoc ipsum quæso in te ipsum po-
 tius non competat? qui dum po-
 pularia dogmata, opportuna mul-
 torum cupiditati, sanis autē quie-
 tisq; hominibus ingrata, tanto co-
 natu atq; importunitate propu-
 gnas, ut insanire etiā ac furere vi-
 dearis, nihil ne censes tibi verēdū
 esse, ne hoc ipsum, quod certē &
 re ipsa in te pcliui⁹, ac creditu etiā
 facilius est, in gratiā potius illorū,
 q̄ in te forte benigniores sunt, q̄ se-
 riō & ex animi sentētia fecisse huc
 usq; & nūc etiam facere videaris.
 Sed haftenus etiā de assētatore.

Vnum adhuc restat. Idoloma-
 nias ais me apertas defendere. Ne

go impudentissime calumniator,
 nego inquam, hanc etiam crimi-
 nationem tuam veram esse. Neq;
 enim vsq; adeò infanio, aut stupi-
 dus sum, vt nesciam solum eun-
 demq; vnicum Deū adorandum
 esse, tametsi tu, quia tecū non sen-
 tio, hoc de me, vt video, persua-
 dere conaris. Sed quæ sunt tandem
 Idolomaniæ istæ? Panis missaticus,
 opinor, & statuarum cultus. Nam
 ista tu præcipuè exagitas, credo, vt
 hoc etiā persuadeas hominibus,
 tales à me Deos adorari.

Ego missaticum panē, si nescis,
 nunquā adorandū esse cēfui, neq;
 hodie censeo, neq; tu de me illud
 in scriptis meis vnquā ostēdes.
 Christum in Sacramēto verè præ-
 sentem, non virtute tantū & effi-
 cacia gratiæ, vt tu cū aliis Sacramē-
 tariis

RESPONSIO ALTERA.

tariis nuper garrere cœpisti, sed corpore etiam vero & inuisibili, ut veteres tradiderunt, & sumendum in Synaxi à fidelibus, & adorandū etiam accepi ab Ecclesia, quæ columna est & firmamentum veritatis. In quo si erro, non continuo tamen hæreticus tibi, aut idololatra fuero: sed si erro, inquam, errare malo cum Ecclesia, ut quidam dixit, quàm tecum contra Ecclesiam rectè sentire. Neque ego hic moror Ecclesiam tuam, quā nec dicere quidem ubi sit, neque usquam vnā mihi & certam ostendere potes. Meam autem & quidē vnicā perpetuò atque indiuisā ostendi tibi scriptis meis, ad quæ te etiam nūc remitto. Huic oblatres licet quantū velis, certē nunquam expugnabis, etiamsi te tu-

multuando disruperis. Cultum
 statuarū cūm nōminas, scis te im-
 pudenter mentiri, remq; notā om-
 nibus calumniosa appellatione de-
 prauare. Quis enim hodie tam ru-
 dis est Christianæ institutionis,
 aut ab omni etiam cōmuni sensu
 alienus, vt lignum aut lapidē colat
 pro numine? quanta autem impro-
 bitas tua est, qui illud calumniose
 agis, vt suspicentur homines talem
 à me cultū defendi? Nisi tu fortè
 Inuocationem Sanctōrū hac de-
 prauatione notare voluisti, in quo
 certè, nisi esses improbus, apertius
 loqui didicisses. De hac enim qd
 sentiam, & quatenus eandem con-
 tra te ac tuos defendā, scripta mea
 aduersus Bucerū satis ostendunt,
 neq; opus est ea de re hic ampliùs
 tecū litigare. Vbi sunt igitur Idolo-

RESPONSIO ALTERA.

mania istæ apertæ, quas tu me cōtra verbū Dei defendere calūnias. Missaticū panē (quē tu cū aliis hæreticis impiè sic nominas) nego in sacramento corporis & sanguinis dominici manere, idq; ex sententia doctorū veteris Ecclesiæ, & quidē grauissimorum, quā & Catholica Ecclesia approbat: quibus tu si refragari pergas, iubebo statim frontē perfricare, teq; authoresq; tuos cū illis, si diis placet, cōparare.

Inuocatio Sanctorum, qui vel in cælo vel in terra sunt, si idololatrica est, certè idololatrica fuit prior Ecclesia tanto tēpore, vt ne ex historiis quidem initiū eius certum repeti possit. Multū tamē interest, qua mēte ac ritu fiat talis inuocatio, vtrū hoc modo scilicet, S. Petre

Petre ora pro nobis, an miserere
nostri sancte, & remitte nobis pec-
cata nostra. nā prior sana est & re-
cepta ab Ecclesia, posterior repro-
bata. Solum enim Deum (si nes-
cis calumniator) inuocamus, vt cō-
donatorem peccatorum & largi-
torem salutis. Christum autem vt
mediatorem vnicum propitiatio-
nis & reparatorem vitæ. Sanctos
vt suffragatores, deprecatores, in-
tercessores, propter infirmitatē no-
stram. Non quòd dubitemus de
propensā Dei voluntate ac mise-
ricordia erga nos, sed quia seduli-
tas nostra Deo accepta est, maxi-
mè autem dum infirmitatis nostrę
memores, alienis meritis, quàm
nostris audaciùs confidimus. Sed
hæc scio non respondent ad nor-
mam Confessionis tuæ, nec tua
ad

RESPONSIO ALTERA.

ad meam respondēt, quæ certè antiquior & probabilior est. Quid fiet igitur? quid? nisi vt tu innitaris prudentiæ tuæ, ego disciplinam matris meæ sequar, donec iudicauerit inter nos ille qui iustus futurus est Iudex.

Puto me satis tandem respondisse calumniis & maledictis tuis Dathene, & quidem plusquàm satis est, cum dubium non sit, plus occii perdidisse me hac in re, quàm in causa ipsa, cuius maior cura esse debebat, cōtra te profecisse. Restat igitur vt de hac ipsa etiam, hoc est, de controuersis inter nos verentibus, aliquid tibi respondeam, ne si tacitus ea præteriero, vicisse te Rhetorem, neque ab illo quicquā his de rebus tibi respōderi potuisse arbitreris. Farraginem totius alter-

tercationis tuæ, quam incondita
prolixaque loquacitate persequere
ris, in nouem capita distribuisti,
Verbum Dei Ecclesiam, Potesta
tem prælatorum, Papisticam reli
gionem, iustificationem, bona o
pera, liberum arbitrium, transsub
stantiationem, prædictorumque
omnium catastrophæ, quibus in
terim tam multas criminationes,
mendaciaque tua intexuisti, vt
his detractis plus quàm tertia pars
libri tibi perierit. Vt de his igitur
nec omnibus nec nullis tamẽ pau
ca à me accipias, de duobus tecũ
hic agam, Verbo Dei & Ecclesia,
cæteris in aliud ferè tempus refer
uatis. Nam nec ociũ mihi nũc est
congregandi de his omnibus te
cũ, & in his duobus quæ exequar,
calumniæ tua ita statuatur ante o
culos

RESPONSIO ALTERA.

culos, vt quis euētus reliquorum;
si excussa aliquando fuerint, futu-
r^o sit, cōiectura facilis haberi possit.

Ego verbum Dei à scriptura se- ^{Verbum}
parauī, non re, vt tu videri vis, sed ^{Dei &}
habitu & externæ rei affectione, vt ^{scriptura.}
sit verbū Dei, volūtas diuina quo-
cūq; modo ad nos perlata: scriptu-
ra autem hæc eadem voluntas, sed
literis comprehensa. Hanc iudicio
Ecclesię subieci, nū vera an falsa sit.
sed utrū canonica, an apocrypha
sit, tū sicubi obscura vel ambigua
incidit, vt sit sepe cōtra hæreticos,
vt sentētia & interptatio eius ab ec-
clesia, id quod tutissimum uest, ac-
cipiatur. Illa enim columna &
firmamentum veritatis est, de qua
& Augustinus dicit, se Euangelio
crediturum non fuisse, nisi cōmo-
nisset eū Catholicę Ecclesię autho-
ritas.

tas. Verbum Dei autem iudicē
prorsum nullum habere dixi, &
adhuc dico, sed cuncta ad regulam
eius, hoc est, diuinæ volūtatis, ex-
igenda esse. Quid hic habes quod
reprehendas calumniator? Nō ne-
go scripturam pro verbo Dei, &
econuerso verbum Dei pro scrip-
tura in congressibus theologicis
& aliàs communiter vsurpari. Sed
quæro ex te, nihil ne interesse pu-
tes, inter verbum Dei, quatenus in
litera aut voce humana est? aut
quatenus p̄ diuina voluntate quo-
uis modo ad nos perlata, vsurpa-
tur. Item cur dicas, me extenuare
verbum Dei, dum scripturam, scri-
pturam, inquam, non verbū Dei,
iudicio Ecclesiæ subiicio? An idcir-
cò plus tribuo Patribus quàm scri-
pturæ? sicut de me improbissimè

RESPONSIO ALTERA.

& aduersus tuam ipsius conscientiam pronunciare ausus fuisti. Audisne calumniator, scripturam discerno à verbo Dei, nō re, vt suprà dixi, sed habitu & externæ rei affectione. Dico Ecclesiam, non hanc vel illam, sed Catholicam de eadem iudicare, quæ corpus & sponsa Christi est, nec à spōso deseritur, iuxta promissa ipsius, Nō relinquā vos, inquit, orphanos, veniam ad vos. Item, Vsque ad consummationem seculi vobiscum sum, & alia id genus. Quid hic habes quod oblatres? Si negaueris, oculis, aurib⁹, manibus (vt ita dicam) vanitas tua coargui potest. Cur tu igitur confundis ista? nullum discrimen facis inter voluntatē Dei, vnctione spiritus, reuelatione, prophetia, voce angelica, vel alio modo perlatam

BART. LATOMI

ad nos, & illam quæ literarum nō
tis comprehensa est, quam Scriptu
ram propriè appellamus? nihilne,
vt antè dixi, interesse putas? Sed
scio quid te fodiat. Concedis for
tasse ea quæ iam dicta sunt, cū
neque negare vllō modo, neque
eludere possis. Quid metuis igitur?
Vides vniuersam Catholicam
congregari non posse, vt omnes
quotquot sunt in orbe terrarum
fideles in vnum locum conueni
ant. Quid tum postea, inquis?
quid? nisi vt Principes ac Præla
ti omnium, si fieri possit, Eccle
siarum, iuxta ordinem hierarchi
cum conueniant, sicut constat ex
actis Apostolos & Presbyteros in
prima Ecclesia Hierosolymis con
uenisse, & statuisse de circuncisio
ne, pacemque Ecclesiæ inter Iu
dæos

RESPONSIO ALTERA.

dæos & gentes cōposuisse. Quid igitur fiet, inquis. Tu diuina. quid enim aliud, nisi vt Romanus pontifex, qui totius orbis consensu primatum tenet, horror scilicet ac metus vester, huius rei arbitrium habeat, cogat Episcopos, & quæ consultanda sunt proponat, statuat etiam ipse & dicat sententiam, quæque à Concilio decreta, promissa, ordinata fuerint, sanciantur edicto, & ab omnibus obseruentur? Hoc est vnum quod tu ferre non potes, hoc clamas, insanis, tumultuaris, hoc tui omnes instar mortis habent. Itaque furis eadem de causa in me, in Ro. Pontificē, in Cōcilia ipsa, in omnes deniq; Episcopos, quicunque Romani Pontificis auctoritatem & prærogatiuam agnoscunt. In me autem præ-

cipuè, quem maledictis omnibus
quantum animo concipere potui-
sti fœdissimè proscindis, nō quòd
Ro. Pontifici aut Ecclesiæ Ro. il-
lud quod tu calumniaris, in scrip-
tis meis vnquā tribuerim, aut ho-
die etiam tribuam, arbitrium sci-
licet statuendi de scripturis, de cul-
tu Dei, de omni religione in Eccle-
sia, sed quòd calumnias duntaxat
manifestas depulerim, confutarim
mendacia, Ecclesiam vniuersam,
quam vos Papisticam contume-
liose appellatis, à probro & iniu-
ria defenderim. An verò hæc ita
non sunt? Legantur libelli mei re-
centiores, tam vernaculo, quàm la-
tino sermone scripti, nisi apparue-
rint Sole ipso clariùs apertissima
hæc omnia, nihil deprecator quin
vera sint, quæ tu impudentissi-

RESPONSIO ALTERA.

ma vanitate in me contulisti. Verbum Dei non in scripturis tantum, sed etiam illud esse dixeram, quod quolibet tempore spiritus sanctus filiis Dei suggereret. quo dicto arrepto ac deprauato, quasi illud ipsum de Ro. Ecclesia pronunciassem, spiritum sanctum scilicet perpetuò adesse Rom Ecclesiæ, habitare in eadem, suggerere, docere, inspirare omnia, quæcunque iudicanda, statuenda, providenda essent, eaque ipsa non certa minùs sanctaque habenda, quàm si verbo Dei expressa essent. Negas calumniator? Legatur libellus tuus de iudice controuersiarum in negotio religionis (nam ita inscribitur locus pag. 82.) nisi ita esse repertum fuerit, iterum nihil deprecor, quin ego tuo appellar nomen,

BART. LATOMI
ne, tu bonus vir saluteris.

Sed operæ precium fuerit,
candide Lector, cognoscere ver-
ba ipsa inepti huius & calumni-
osi veteratoris, in quibus interim
illud apparebit, quàm artificio-
so ductu argumentandi, quanto
acumine, quàm diserta ac planè
methodica oratione vtatur iur-
gator ipse, qui dum aliis, qua-
si solus bonas artes in culina for-
tasse didicerit, nugas meras, in-
eptias, putores, malè seruatam
methodum, confidentissima va-
nitate obiicit: ipse interim tam
est disertus, vt in hac tota expo-
stulatione sua multis in locis, vel
ab attentissimo lectore, aut vix
intelligi quid velit, aut non nisi
multa cum hæsitacione ac fasti-
dio legi possit. Primum enim
ita

RESPONSIO ALTERA.

ita proponit. Sed hoc paulisper, inquit, excutiendum puto, quod statim subinfert Latomus, id totum esse verbum Dei, quod quolibet tempore filiis Dei suggessit Spiritus ille sanctus, non tantum quod Prophetis & Apostolicis scripturis continetur. Et mox subdit, Hoc ut verum esse non inficio, ita spiritum sanctum filiis Dei nihil unquam propheticae & Apostolicae doctrinae contrarium suggessisse, constanter affirmo. Quid hoc ad institutum nostrum orator? Proposuisti verbum Dei esse, quod Spiritus Sanctus suggesserit filiis Dei quolibet tempore, idque verum esse fateris: Cur statim addis aliud, quod ab illo alienum planè ac diuersum est? nē-

pe Spiritum Dei nihil vnquam filiis Dei suggessisse veræ doctrinæ contrarium. quid hoc ad propositionem tuam? nisi quòd hoc diuerticulo viam tibi sternis ad conuicia contra me, & ad summū Pontificem exagitandum. Quid sequitur ergo? Nam vt Deus, inquis, ab initio humano generi salutem æternam in Christo solo proposuit, ita omnibus retro seculis summo consensu Prophetarum vaticiniis ac Apostolorum testimoniis eandem Doctrinam confirmauit. Hæc ratio est scilicet, quare spiritus sanctus nihil suggerat veræ doctrinæ contrarium. At ego nondum intelligo, quid hoc faciat ad propositionē tuam, ac ne te ipsum quidem intelligere puto. Sed perge tamē, vt videamus

RESPONSIO ALTERA.

deamus quid effecturus sis. Alio-
qui, inquis, si in horas mutasset
sententiam, aliaq; aliis contraria
tradidisset, quid vnquam certi ha-
buisset, vel etiānum haberet Ec-
clesia? Quid? tu dubitas de diui-
na veritate & constantia? nisi rhe-
toricaris fortasse, & rationi cōfir-
mationem accumulas, quod cer-
tē in hoc genere argumentandi
non est vulgare artificium. Sed vi-
de obsecro, quomodo cohereant
prædicta: Spiritus sanctus, inquis,
nihil suggerit filiis Dei veræ do-
ctrinæ contrarium, hæc proposi-
tio est. Quia Deus doctrinam sa-
lutis semel propositam cōfirmat,
hæc ratio. Quia si mutaret nihil,
certi haberet Ecclesia: Hæc ratio-
nis confirmatio. Sed quæ est hæc
consequentia? vel potius quomo-

BART. LATOMI

do apta instituto nostro, quod tu
oppugnas, nempè verbum Dei
hodiè etiam & quolibet tēpore fi-
liis Dei suggeri? hoc enim tu quā-
uis concedas, tamen aliā argumē-
tationē instituis. Spiritum sanctū
scilicet nihil veræ doctrinæ cōtra-
riū filiis Dei suggerere. Sed qd hoc
quēstionē nostrā, cuius tu affirma-
tionem etiam mihi concedis? An
verò oppugnas illud quod verum
esse confessus es? Nisi fortè hīc a-
liud agis, quod si facis, cur non
statim & directā fronte proposui-
sti ambagibus omissis? Dixi ne
modo de genere orationis tuæ?
quod certè verū esse res ipsa ostē-
dit. Sed videamus tamē quid sub-
texas prioribus, & quem exitū sis
facturus. Cæterum quia vnicus il-
le, inquis, Ecclesiæ doctor sibi cō-
stat

RESPONSIO ALTERA.

stat, ac manet simillimus, ideo
 Paulus anathema, ac cauendū se-
 dulò esse docet, quicquid cū tradita
 in ppheticis & Apostolicis scri-
 ptis doctrina pugnare vllò modo
 deprehenditur. Illud vis dicere opi-
 nor, quia De⁹ sibi similis sit, nec mu-
 tet doctrinā, idcirco Paulū anathe-
 matizare quicquid contra scripturā
 sit. Ego nō puto hanc propriā cau-
 sam esse anathematis Pauli, vt quia
 Deus s. sui similis nō mutet doctri-
 nā, idcirco Paulus talē doctrinam
 anathematizauerit, sed hanc poti-
 ūs, quia Euāgelio & scripturæ cōtra-
 ria sit. Sed vtcūq; sit, quid hoc ad il-
 lud quod precessit? Deū s. nō mu-
 tare doctrinā, sed confirmare, vel
 potius quid ad propositā quæstio-
 nē nostram, quā tu, vt dixi, cōfite-
 ris? vel quid etiam ad institutum
 tuum,

tuum, quod quale sit nōdum etiam suspicari possum. Conclude igitur tandem, vt appareat quid tam lento & cæco præposteræ ratiocinationis ambitu efficere velis. Habes igitur hoc, inquis, Latome, cōcedimus argumēti tui Maiorem, quid hinc quæso inferes?

Quid? dispeream si scio, aut si puto te ipsum etiā scire, quid hæc nūc confeceris. Sed quā mihi Maiorem narras, cū ne vllius quidem Syllogismi cōscius sim? Sed perge obsecro, nondum enim habeo conclusionem tuam, Spiritus sanctus, inquires Latome, tradidit filiis Dei doctrinas, quas iam tuetur Rom. Ecclesia. Quid hoc etiā ad rē? rursus ne aliud ordiris antequam priora absolueris? absolute prius & cōclude, quod hucusque

RESPONSIO ALTERA.

que texuisti, quo facto nihil opus
erit affingere mihi & occupare
quid dicam, sed ipse in tēpore vel
nolente ac repugnante etiam te,
loquar. Nam nūquam deferit in-
quis, Ecclesiam. De spiritu sancto
loqueris? rectè sanè. nā hoc ipsum
ego dico, & dixi semper, ac posui
etiam in scriptis meis, etiam si do-
leat tibi, sed quid tum postea? Er-
go doctrinæ illæ, inquis, paris cū
scriptura sacra sunt authoritatis.
Esto sanè, quandoquidem tu ipse
illud colligis, nec abhorretà vero,
si quidem quæ proposita sunt pro
veris accipis. Sed nego Minore,
inquis, quomodo illā probabis?
Egōne? dispeream iterum, si in-
telligo probè quid velis: aut quid
tota oratiōe ista cōfeceris. Quam
autem rursus Minorem hīc nar-
ras?

ras?cū nec Maiorē vt antē dixi,
in scriptis meis vllā agnosca, nisi
tu fortē de industria hīc dialecti-
caris. Sed video quid velis. Sanē
fingis sententiam quasi à me pro-
latam, Spiritum sanctū fortasse tra-
didisse doctrinas quas hodie tuea-
tur Ro. Ecclesia. At vbi ego expref-
sē hoc posui blatero? cur tu fingis
dictum, quod à me dictū non est?
Sed esto sanē dixerim, ac scripse-
rim etiam, quid mihi facies? Rū-
pantur vt ilia tibi, illud dico & af-
firmo etiam, procliuius esse, vt spi-
ritu sancto illustretur Ro. Eccle-
sia ad ædificationem & salutem
multorum, quàm tua illa, non di-
co Ecclesia, quam nusquā habes,
sed vel Zuingliana vel Calvinia-
na tua cōspiratio. Sed quæris quo-
modo tibi probaturus sim hanc

Mino.

RESPONSIO ALTERA.

Minore, & quasi hoc fieri nō possit, insultas mihi his verbis, In quātquām in pistrino quodam non tam anxie quām infœliciter planè sudarunt tuæ farinæ adulatores omnes iam annis quadraginta, sed quām parūm promouerint, vel tua ipsius ridicula scripta luce meridiana clariùs testantur. Ignosce mihi cādide lector, quòd te tam friuolis huius ineptissimi blateronis nugis diutius detineo, scio indigna esse quæ legantur, plena fastidii, plena obicuritatis, perplexa, insulsa, putida omnia, quæ idcirco tamen inducere hīc tibi, & quasi ante oculos statuere volui, vt exemplum habeas totius reliquæ disceptationis nostræ: tota enim phrasis vniusmodi est, vnius & eius-

eiusdem elegantiae & perspicuitatis, ut qui hunc locum legerit, speciem quandam & imaginem totius orationis perspexisse videatur. Sed ut molestiam tamen hanc frustra legendo ista, æquiori animo deuores, colligam paucis, sed explicatiùs quàm suprà dictum est, quid dicere idiota iste, & quid tam caliginosa circuitiõe efficere voluerit. Scripsi in libello *der spaltung*, quem oppugnat hæreticus iste, Verbum Dei esse, non solum quod literis compræhensum est, quam scripturam propriè vocamus, sed quamlibet etiam suggestionē diuinæ volutatis filiis Dei, & potissimum Ecclesiæ, per spiritum sanctum factam. Filiis Dei, hinc dixi, non quò alios qui filii Dei fortasse non sunt, excluderem, sed specie

poti-

RESPONSIO ALTERA.

potiore, vt fit, pro genere vſurpata, illud ſignificabam, etiam ſi multumali ſint in omni Eccleſia, nedum Papiftica, quam iſti ſeparāt, & negāt ei ſpiritum ſanctum dari, qui ſuggerat, quæ ex diuina voluntate vera, pia, rectæque ſunt, tamen & bonos ac Dei filios plerofque in tanto numero inueniri, quos ſpiritus Dei inſpiret, atq; ita fieri, vt Papiftica etiam & Romana Eccleſia ſpiritum ſanctum, ac proinde verbum Dei, quo regatur, habere poſſit. Hoc me ita ſenſiſſe pariter ac ſcripſiſſe verba ipſa euidenter oſtendunt. Quid autem blatero iſte? arripit illud, quòd filios Dei nominauerā, quaſi cæteros à conſortio diuinæ gratiæ ac bonitatis excluſiſſem, & in hanc ſententiam, cuius ver-

E ba

ba supra recitavi, contra me ar-
 gumentatur. Spiritus sanctus in-
 quit nihil suggessit filiis Dei con-
 trarium scripturis, Quia doctri-
 nam salutis promissam semper
 confirmavit, & hodie confir-
 mat, Alioqui si mutaret, nihil cer-
 ti haberet Ecclesia. Hoc autem
 cum non faciat, sed sui similis sit,
 idcirco Paulus anathematizat quic-
 quid cum tradita, in Prophetiis
 & Apostolicis scripturis, doctrina
 pugnare depræhenditur. Conce-
 ditur igitur Latomo Maior sua
 propositio, sed quod ipse inten-
 dit, ex ea non sequitur. Nam si
 dicat spiritum sanctum tradidisse
 filiis Dei doctrinas, quas ha-
 bet Rom. Ecclesia, quia nun-
 quā deserat Ecclesiā, vultq; inde in-
 ferre, doctrinas illas esse pariter cū
 scri-

RESPONSIO ALTERA.

scriptura authoritatis, negabo illi Minorem, quam nūquam probabit, sicut nec omnes suæ farinae adulatores totis 40. annis probare potuerunt. Vides hic lector quanto commodiūs ista & clariūs simplicibus verbis dici poterant, quæ tam lōgo ac puluerulento syrma-
te literator iste per duas fere integras paginas libelli sui traxisse, demonstratum est. Quomodo autem cohæreant, & quatenus pertineant ad quæstionem propositam, item quid contra me efficiāt, obiter suprà ostensum est, & tuum ipsius iudicium esse volo. Totum certè his verbis concludi poterat. Quod spiritus sanctus suggesserit Ecclesiæ vel piis hominibus, verbum Dei est, etiamsi non sit scriptum. Ecclesiæ Rom.

vel piis in ea hominibus suggessit
spiritus sanctus doctrinam, quæ à
cæteris etiam Ecclesiis recepta est.
Talis igitur doctrina ex verbo dei
profecta est. Hic negat Minorem
blatero iste, quòd spiritus sanctus
doctrinam talem Ecclesiæ Rom.
suggererit, & terribiliter in me
inuehitur, quasi ego illud in libel-
lo meo asseuerauerim. quod fal-
sissimum tamen atq; improbissi-
mè ab illo, vt dixi, confictum est.
Nusquam enim affirmavi hanc
vel illam doctrinam à spiritus san-
cto huic vel illi Ecclesiæ inspira-
tam fuisse, ac ne nominaui qui-
dem Rom. Ecclesiam, sed de vni-
uersa sancta & Catholica Eccle-
sia locutus sum, cuius illa est ca-
put, cui cùm spiritus veritatis in
Euangelio vel peculiariter sub
perfo-

RESPONSIO ALTERA.

persona Petri, vel communiter cum omnibus aliis Ecclesiis promissus sit, nunquam putavi temerè ab eius auctoritate recedendum, & nouas doctrinas sequendas esse, quod sanè torfit veteratorem istum, & idcirco locum hunc, quem apud ofores Rom. Ecclesiæ duriorē esse videbat, de industria exagitauit, vt odium scilicet apud illos in me concitaret.

Sed quid multa, quid sibi vult nugator iste? nihil dissimulo, nullius me dicti pœnitet, de quo ille tanto ineptiarū strepitu tumultuatur. Itaque redeo vnde digressus sum, & dico verbū Dei esse voluntatem Dei, nobis potissimū per prophetas & apostolos traditam, cuius summa & prima, & irrefra-

gabilis authoritas sit in ecclesia, & hoc si per seipsum spectetur: sin autem quatenus voce aut scripto compræhensum est, tunc quia signis ac notis variis quodammodo subiicitur, iudicatur ab his qui talium signorum, hoc est, linguarum, aliarumq; rerum ad hoc conferentium notitia præditi sunt, accedente eodem diuino spiritu, sine cuius instinctu diuinæ voluntatis sensus humana ratione frustra inquiritur. In hoc igitur munere cum Ecclesia Dei prima sit, quis dubitat eidem primas etiam partes in hac & iudicandi & interpretandi facultate tribuendas esse? Hæc si tu blatero non credis, præsertim quod de signis rebusq; conferentibus ad intellectum scripturarum dixi, item de authoritate Ecclesię

RESPONSIO ALTERA.

clesix Catholix, lege August. lib.
 2. de doct. Christ. & librũ eiusdem
 contra Epist. fundamenti, cap. 5.
 Inuenies me nõ ex cerebro meo,
 sed ex veterum doctissimorum
 hominum authoritate, locutum
 esse. Cæterum vt calumniari ali-
 quando apud imperitos desinas,
 non dico quòd Ecclesia aut quis-
 quam in terris, de veritate scriptu-
 ræ iudicare debeat, id quod tu ca-
 lumniator improbissime mihi
 affingis, vera scilicet an falsa sint,
 vt suprà dixi, quæ à prophetis &
 Apostolis scripta sunt, sed scri-
 pta ne sint hæc vel illa à pro-
 phetis & Apostolis? vel à quo
 sint scripta? Item si constet de
 authore, aut fortè etiam incer-
 tus sit author, scripta tamen re-
 periantur in Ecclesia, quæri
 E 4 solet,

solet, sint ne consentanea doctrina fidei, an non sint? sicut de Epistola ad Hebræos quæsitum fuit, & adhuc hodie quæritur, non, an vera sint contenta in illa & fidei consentanea, de quo nemo dubitat, sed an à Paulo vel ab alio scripta sit. Item sit ne Iacobi Apostoli epistola, quæ sub titulo nominis eius inter Apostolicas legitur, quam authores vestri ab initio turbatæ religionis stramineam appellabât, quia bona opera scilicet commendabat credentibus, & fidem sine bonis operibus mortuam esse pronuntiabat. Idē de Apocalypsi, 2. lib. Machabæorum, & aliis plerisque, quorum in historiis Ecclesiasticis, aliisque in locis fit mentio. De his igitur omnibus quæro ex te nugator, cui

RESPONSIO ALTERA.

iudicium deferendum esse putes?
 tibi ne, an tuis sodalibus, an, si res
 postulet, vniuersæ Ecclesiæ Catho-
 licæ, quæ per Episcopos, Aposto-
 lorum successores, repræsentatur?
 cui si credendum non est, quid tuæ
 factioni censes credendum esse? quæ
 nec ipsa sibi in magnis & præcipuis
 articulis doctrinæ suæ constat, nec
 si constaret per omnia, nulla tamē
 ex parte vlli ex minimis Ecclesiis
 Catholicis æquiparari posset. Sed
 satis tandem de verbo Dei & scri-
 ptura p̄ instituta breuitate, & plùs
 quàm satis. Venio ad secundum
 caput de Ecclesia, quæ sit illa, &
 quorum hominum, & vbi sit.

Scripsi de hoc articulo satis in li-
 bello der spaltung, ad quem te hic e-
 tiam, sed quid te dico, qui apertissi-
 mam veritatem sceleratissimè op-

pugnas, lectorem, inquam, eundemque sanum & integrum remitto, qui si legerit illa, quæ sermone quidem Germanico ibidem, sed vberius tamen verè ac catholicè à me scripta sunt, iā vltro intelliget satis superque respōsum esse tibi, totamq; machinam oppugnationis tuæ euersam deiectamque concidisse. Quid enim adfers hinc rabula, quod aduersus manifestam veritatem subsistere possit? Papistas infideles, hæreticos, hostes filii Dei esse, similes Arrianis & Valentinianis, idcirco in Ecclesia esse non posse? An hoc non est præcipuum acroâma tuum, quod tractas in hac parte libelli tui? & ita tractas calumniator, vt dum Papistas omnibus conuitiis & criminibus acerbissimè insectaris, in me

vnum

RESPONSIO ALTERA.

Vnum tamen præcipuè incurras?
 Hæccine verò est libido audaciaq;
 tua, vt quicquid in mentem venit
 tibi homini impuro ac maledito,
 id ipsum in optimum quemque,
 in tot honestos piosque homines
 euomere non extimescas? Inter
 hæreticos me deputas homo leuif
 sime? priuas consortio Ecclesiæ?
 hostem filii Dei (id quod aperte
 etiam scribere audes) pronuncias?
 Cur ego te non potius? te, in-
 quam, quem si leges valeret,
 sublatum iampridem de medio,
 aut certè in vltimas terras deporta-
 tum oportuisset. Sed vide amice le-
 ctor, quò eruperit audacia. Si re-
 spondeo huic impudentissimo cõ-
 uiciatori, putabit se obtinuisse ali-
 quid contra me, si taceo, insolescet
 improbius, quasi timidum me

ac diffidentem perculerit. Sed legat potiùs, vel audiat aliunde ista, quæ mentem eius fodiant, & dum alios extorres facere conatur ab Ecclesia, seipsum potiùs torméto cōscientiæ exulem illius esse confiteri cogatur. Primùm igitur de Ecclesia, quid quisque sentiat de illa. Imprimis autem quomodo ipse, nouus iste theologus, eandem definiat, quàm friuola, falsa & absurda sit eius sententia. Ita enim intelligetur, quæ & vbi sit. Item qui sint in ea, vel non sint, & qualis omnino sit illa congregatio.

Ecclesia.

Ecclesiam militantem in terris, quam & Catholicam vocamus, ego cōgregationem fidelium esse dico, & dixi in superioribus scriptis meis, q̄ scilicet in corpus Christi baptizati toto orbe terrarum dispersi

RESPONSIO ALTERA.

perfunt. Hanc vinculo charitatis
 vnitam, sponfam & corpus Chri-
 sti propriè & esse & dici Scriptura
 testatur. Sed viua membra eius in-
 tus esse intelligimus, sanctos scili-
 cet & electos Dei, soli Deo cogni-
 tos, malos autem foris, permixtos
 bonis, & quidem inseparabiliter,
 iuxta illud, Sinite zizania crescere
 vsque ad messem, & sic in externa
 ac visibili societate tantum, hoc est,
 verbi & sacramentorum comu-
 nione, ita vt rectè & efficaciter v-
 tantur sacramentis, non minus q̃
 sancti, sed illis ad salutem, sibi ad
 perniciem, donec pœnitentes for-
 tasse resipuerint. Augustana Cõ-
 fessio prorsus eadem dicit, nisi q̃
 congregationem non fideiũ sim-
 pliciter, sed membrorum Christi
 vocat, Apologia congregationem
 san-

sanctorum, quod in idem recidit. Quod mihi certè in quæstione ista absurdum videtur, non totam Ecclesiæ amplitudinem completi, præsertim cum hîc imprimis quærat de bonis & malis, an sint, & quomodo sint in Ecclesia, & de illorum ministerio. Item ubi hic sit Ecclesia, hoc est, apud bonos tantum, an apud malos etiam, & ubi sit propriè ac principaliter, cuius quæstionis facilius sit explicatio, si Ecclesiæ diffinitio in omnem partem integra reddatur. Hanc Seruator in Euangelio aliquot parabolis elegatissimè expressit, de tritico & zizania in agro, bonis & malis piscibus in sagena, prudentibus & fatuis virginibus. ad nuptias inuitatis. Itè præcursor Domini in Euangelio, de triti-

RESPONSIO ALTERA.

tritico & palea, vbi adhortatur ad
pœnitentiam, & futuram in die iu-
dicii bonorum & malorum sepa-
rationem denunciat. Hæc Augu-
stinus contra Donatistas, multisq;
aliis in locis ita explanat, vt nihil ad
plenum intellectum desiderari pos-
sit. Quid enim aliud est ager ille pa-
trisfamilias, quàm mundus iste? in
quo bonum semen seminatum fu-
erat, & tamen zizania passim cum
tritico excreuerant. Probat Augu-
stinus contra eosdem Donatistas,
(qui negbant Catholicam, & con-
tēptis aliis ecclesiis, qui doctrinā e-
orum nō recipiebant, gloriaban-
tur verā & vnicam Ecclesiā Chri-
sti apud se esse in Africa) mul-
tisque euidētissimis scriptura-
rum testimoniis, tam ex nouo
quàm veteri testamēto ostēdit, Ec-
clesiam

eleſiam eſſe nō in vno mundi an-
 gulo, neque vna in gente aut pro-
 uincia aliqua, ſed per totum orbē
 terrarum diffuſam. De tritico autē
 & palea ait, triticum electos Dei
 & intus eſſe, nimirum in ſocietate
 columbæ, paleam foris in externa
 & viſibili ſacramētorum commu-
 nione, in qua omnes ſimul con-
 iuncti ſint, tam boni quàm mali,
 pari iure in tractandis & percipien-
 dis ſacramentis, ſed diſpari effectu,
 vſque ad finem mundi. Et hæc bre-
 uiter quæ ſit, & quorum homi-
 num, & vbi ſit Eccleſia, ſecundū
 Auguſtini & totius Eccleſiæ Ca-
 tholicæ ſententiam, cum qua con-
 cordat & Auguſtana Cōfeſſio, ex-
 cepto eo quod ſuprà notatum eſt,
 ne tu me in tāta q̄ſtione quicq̄ ex
 meo cerebro ſtatueres cauilleris.

Vide-

RESPONSIO ALTERA.

Videamus nunc quid tu sentias de illa, quibus eandem finibus describendam esse arbitreris. Nouū amice lector Rabinum hîc audies, quem fretum odio ac temeritate singulari, non pudet veterum etiā cornicum oculos configere. Postquā enim multis calumniis & maledictis lacerauit Papisticā Ecclesiam, meq; sub nomine eiusdem, sepe etiam nominatim pari comitate, more suo, tractauit, citatis etiam patribus de industria, & in his, si diis placet, Augustino, quorū dicta tamen longè à scopo controuersæ ad institutam calumniā suā detorsit, ita vt si viuerēt hodie sanctissimi viri, reclamarent sine dubio contra falsarium, seseque hostes illius potiùs in hac causa, quā testes profiterentur: his, inquam,

F mul-

multa loquacitate præmissis, tandem post longas ambages, pronuntiaturus aliquando, quæ esset vera Ecclesia, hanc diffinitionem nobis magistralem quidem, sed valde paradoxam, bonus magister noster magna cum gravitate his verbis reuelavit. Sic ego, inquit, Ecclesiam diffinio.

*Ecclesia
Datheni.*

Visibilis Ecclesia Christi, est cōgregatio eorum omnium tam verè fidelium quàm hypocritarum, qui profitentur purū Euangeliū, fugientiū impuram doctrinā, agnoscunt Christum vnicū summū caput Seruatorem, pontificem, & mediatorem, ritè vtentium sacramentis, & clauibus à Christo traditis. Et addit hic statim, Quatuor sunt tantū, inquit, huius definitionis partes, quas euidētibus Scripturæ

RESPONSIO ALTERA.

pturæ testimoniis confirmabo, ne
 quid sit virulentis moribus expo-
 situm, nisi Spiritum sanctum ip-
 sum arrodere & allatrare velis. Hic
 obsecro te lector, vt videas, remo-
 toque omni affectu conferas ista
 cum his, quæ suprà ex Euangelio
 ipsaq; Augustana Confessione ci-
 tata sunt, nisi hominem hunc cæ-
 cum odio prorsus amentiaque ad-
 uersus Papistas deprehenderis, ni-
 hil deprecor, quò minùs idem de
 me vel grauiora etiam statuas. Sed
 q̃ro ex te rabula, vt dicas mihi pri-
 mū, legerisne Euangelicas scriptu-
 ras, quæ Ecclesiā hic in terris com-
 parāt tritico & paleæ, vt suprà dixi,
 sagenæ bonorū & malorū pisciū,
 virginibus fatuis & prudētib. q̃ ita
 clara aptaq; sūt, vt dissimulari nul-
 lo modo possint? Deinde qd sentias

de Augustana Confessione? quam
multi receperunt pro Euangelio,
nec tu hodie non recipis, tametsi
Caluinū te excipere existimo. Sed
mittito Augustanam Confessio-
nem, quæro quid sentias de vete-
ribus doctoribus Ecclesiæ, & præ-
cipuè de Augustino, Hieronymo,
Ambrosio, Chrysostomo? quos
tu ipse in hac controuersia, quam-
uis perperam ac perfidiose, ambi-
tiosissimè tamen allegare studes:
quid, inquam, sentias de illis? Si re-
iicis, scias Augustanæ Confessio-
nis sententiam de Ecclesia ex illis,
& præcipuè ex Augustino confe-
ctam esse. Sin recipis, qua fronte au-
des aliud sentire de Ecclesia, aliam
eiusdem diffinitionem reddere,
quàm Christus ipse parabolis ap-
tissimis expressit? Sancti viri illi de-
clar

RESPONSIO ALTERA.

clarauerunt scriptis suis? Augusta-
na autem Confessio, quam tu, vt
dixi, Euangelii loco habes, transtu-
lit in placita sua & coram toto mū-
do approbavit? Dices fortasse te
nihil dissentire ab illis, aliis tantū-
modò verbis vnam eandemq; sen-
tentiam protulisse. Hoc videre cu-
pio veterator. Christus duobus
verbis rem expressit, nomine triti-
ci & zizaniæ, cæteri congregatio-
nem fidelium esse diffiniuerunt,
secutiq; sententiam Euangelicam,
agrum dominicum in terris, id est,
cōmunionem fidelium statuerūt
secundū externam societate vnam
eandemq; esse: triticū & zizania,
hoc est, bonos & malos tam natu-
ra, quàm tempore colligendi sepa-
rauerunt: Quid aptius operi diui-
næ sapientiæ, breuius ad cōprehen-

dendū, elegantius ad rem totā oculis subiiciendā exprimi potuit? Tu autē quid adfers nobis, quibus verbis, nō dico declaras, vt hic fortasse dices, sed deprauas & corrūpis, remque ita planē dictam, vt nemo ne hereticorum quidem aliter dicere ausus fuerit, tu nouis limitationibus extra complexū eiusdem in textis, ita in densum opacumq; cogis, vt toto orbe terrarum diffusam in angustias breuissimas contraxeris. Quod vt oculis etiam pateat, primū quæso, cur visibilem Ecclesiam nominas? quasi alia etiā in externo isto & visibili vōsu sacramentorum esse possit? Sed mitto illud. Congregationem esse dicis tam verē fidelium quā hypocritarum. Hoc recipio, & tu ex Augustana Confessione sum-

psisti.

RESPONSIO ALTERA.

psisti. est enim Ecclesia fidelium non bonorum tantum, sed & maiorum congregatio. Sed quod addis, qui purum profitentur Euangelium, si illud ita accipis, ut purum & verum sit Euangelium, quod profitentur fideles qui sunt in Ecclesia, admitto, nisi forte sciant impurum esse, & obstinate profiteantur, non ex errore, sed commodi alicuius, aut vanæ gloriæ causa, ut faciunt hæretici ex Augustini sententia. tunc enim separarent sese à communione, & extorres ab Ecclesia fierent. Sin autem intelligis, ut qui profitentur Euangelium, iudicet de fide, & de doctrina Evangelica, & sic quod purum esse cognouerint, profiteantur, non recipio, cum falsa absurdaque & superuacua sit hæc particula, alioqui

paruuli, qui nondum credere possunt, sed baptizantur in fide Ecclesiæ. Item rudes ac simplices, quorū maior pars est in mundo, nec his de rebus iudicare possunt, non essent in Ecclesia, sed satis est adultis etiam ad salutē, nedū ad communionem, si didicerint Symbolum, & erudiantur in catechismo, ne scilicet ignorēt illum, in cuius nomine baptizantur, cū nec Symbolū, nec vniuersa scriptura tam prophetica quàm Euangelica aliud contineat q̃ Christum. Vnde & Paulus nihil iudicauit se scire, nisi Iesum, Christū & hunc crucifixum.

Quid deinde? fugientium impuram doctrinam. Hoc eiusdē notæ est, neq; ineptum tantū ac superuacaneum, sed de industria etiam hic affectatum, nimirum contra

Papi-

RESPONSIO ALTERA

Papistas, vt tanquam infideles excludantur ab Ecclesia, quia doctrinam tuam sodaliumque tuorum non recipiunt. Si quis praua tamē obstinatione sequeretur hæreticos, quorum doctrina impura est, non esset quidem continuò infidelis, vt tu nō prauè minùs quàm imperitè existimas, sed extra Ecclesiam tamen, vt turbator vnitatis rectè constitueretur. Quid porò? Agnoscentium Christum vnicum summum caput, seruatore, pontificem, & mediatorem. Hoc eiusdem rationis est, cuius & priora duo. Nam in vno Christo includuntur ista, & ad exactiorē fidei confessionem pertinent, non tam exigenda à fidelibus, quàm docenda sedulò, & populo commēdāda. Fides enim, vt dixi, symbo-

lo continetur, symbolum tribus capitibus, de patre, filio, & spiritu sancto, q̄ tria in vno Christo clauduntur, de quo porrò cum om̄es prophetæ & Apostoli locuti sint, qui hunc vnum habet, hæc om̄ia habere censetur. Quarta & vltima pars diffinitionis tuæ est, de sacramentis & clauibus, qua statuis eos tātū esse fideles ac proindè in Ecclesia esse, qui sacramentis & clauibus à Christo traditis ritè vtantur. Quid si quis minùs ritè vtatur, idq; per errorem, non pertinaci animositate, hoc faciat? vt Cyprianus & Episcopi Africani, qui baptizatos ab hæreticis rebaptizabant, contra vniuersalis Ecclesiæ consuetudinem, vtrum fideles tibi, & in Ecclesia erant? an non? nisi fortè qui rebaptizat
contra

RESPONSIO ALTERA.

contra Catholicam, non abuti-
tur sacramento, sed ritè baptizat?
Paul⁹ obiurgat Corinthios, quòd
commestationibus ebriis & in-
tempestiuis celebrarent cœnam
dominica, nunquid & tradidit
eosdem Sathanæ, & excommuni-
catione percussit, sicut illum qui
uxorem patris sui habebat? Sed
scio quid velis, quid efficere co-
neris hac parte diffinitionis tuæ:
dimidiatum sacramentum in Sy-
naxi, Confessio priuata, Satis-
factio poenitentium, aliaque id
genus in quæ impingunt dogma-
ta vestra, hæc te offendunt, id-
circo proscribere cupis eos, qui
hec retinent, ab Ecclesia. At quid
ita obsecro? Contra verbum
DEI sunt inquis, non expres-
sa scripturis, introducta à mere-
trice

trice illa Babylonica à Luthero, ab
 omnibus nouis huius seculi theo-
 logis dānata. Magna certè & per-
 grauia, sed diceres aliqd apud me
 si p̄bare posses. At hoc nūquam te
 facturū esse ex eo suspicor, quòd
 in tractandis cōtrouerſiis istis ni-
 hil tam sanctum atque munitum
 est, in quo violando tu aut palle-
 as vllō frigore, aut pudore inge-
 nuo erubescas. Sed de hoc poste-
 riùs, si locus erit: nunc illud exe-
 quamur quod institutum est. Lau-
 do industriam tuam Antimache,
 qui tã artificiosam nobis Ecclesiæ
 diffinitiōem reddideris, vt velint
 nolint deinceps Papistæ, cogātur
 ab illa faceſlere. Quid em̄ dicent?
 Baptizati sumus in corpus Chri-
 sti, tenemus vnitatem fidei iuxta
 regulam Catholicam, sacramētis
 iuxta

RESPONSIO ALTERA.

iuxta ritum à maioribus acceptū,
 vtimur. Nugæ Pura hæc esse oportet,
 pura inquam ac recta, nimirū
 purum Euangelium, pura doctrina,
 rectus sacramentorum vsus.
 Quid? an hæc ipsa paulò antè excussa
 nō sunt? Quotus enim quisque
 fidelium manebit in ecclesia,
 si hoc puritatis iudicium, quod tu
 exigis, præstandum sit? non quòd
 pura rectaq; omnia esse non debeant
 in Ecclesia, sed quòd multum
 interest, vtrum de finibus Ecclesie
 cōstituendis loquamur, an de his,
 quæ pertinent ad doctrinā, & in vsu
 ac disciplina fideiū versantur. Regula
 est apud Dialecticos, diffinitionem
 viciosam esse, quæ cum suo
 diffinito non conuertitur, hoc est,
 quæ non respondet propriè, nec
 quadrat cum re
 diffi-

diffinita, sed latiùs aut arctiùs patet, quàm illud quod diffinitur. Il-
literati ac simplices, immò docti
etiam & eruditi multi, qui diiudi-
care non possunt inter puram &
impuram doctrinam, non agno-
scere purum Euangelium, nec
ab impuro distinguere, nun-
quam essent in Ecclesia, vt dixi,
ne secundum communionē qui-
dem externam, quæ in vsu verbi
& sacramentorum tantùm con-
stituitur, si diffinitioni tuæ locus
daretur.

Idem dico de sacramentis & cla-
uibus ritè vtendis, quorum vsus
cùm à maioribus acceptus sit, tã-
toq; tempore, & quàm latè patet
Ro. Ecclesiæ authoritas, toto scili-
cet orbe terrarum receptus, ap-
probatus, vnoq; & eodē ritu fre-
quen-

RESPONSIO ALTERA.

quentatus sit, quis est qui de eo si-
bi dubitandum esse putauerit tot
annorum curriculis? aut hodie eti-
am dubitandum putet? exceptis
his qui persuasi à nouis doctori-
bus, ita discesserunt à veteri Eccle-
sia, vt vix certū hodie in noua te-
neant quod sequantur.

Iam verò quòd vnum caput,
vnum Pontificem, vnum Me-
diatorem & seruatorem Chri-
stum requiris, quis non videt,
quid obliqua illa & calumniosa
notatione designes? Negamus
sycophanta aliud nos caput, a-
lium Pontificem in cœlis, ali-
um Mediatorem ac seruatorem
toto in mūdo agnoscere, quā Ie-
sum dei filiū, cuius tu spōsam tāta
iniuria, tā indigna contumelia af-
ficis,

ficis, vt nisi ad poenitentiam te in-
uitaret diuina clementia, iamdu-
dū ab initio huius temeritatis tue,
poenas tanta peruersitate audaci-
aꝫ tua dignas dedisses. Quis em̃
tam excors est ab om̃i sensu Chri-
stiano alienus? qui non discernat
inter summum Pontificem, qui
Romæ est, & inter vnicum illum
nostrum, qui in cœlis ad dexterā
Dei sedens, sanctus & impollutus
pro nobis interpellat? Qui Petrū
& Paulū ignoret Apostolos Chri-
sti fuisse? nec nunc vt Mediatores,
aut cœlestia numina quēdam, sed
vt sanctos Dei honorādos? Quòd
si quid etiam ab illis petendū esse
putet, stipes planè ac caudex fue-
rit, si aliud quàm à sanctis & ele-
ctis Dei meliore nunc vita fruen-
tibus, rogari conuenit, vel optan-
dum

RESPONSIO ALTERA.

dum sibi, vel ab eisdem precibus
impetrandum esse arbitretur.

Sed scio quid agas, vrgent te q̃
in priori libello meo scripta sunt.

Intelligis enim aut exulandũ tibi
esse à communione Ecclesiastica,

aut Papistas summouendos. Non
enim fas est ciues & hostes simul

versari in eisdem castris, nec trã-
fugas inter legiões catholicas mi-

litare. Quòd si ius possidēde vni-
tatis à Christo primũ, deinde à

Petro profectum, quod nũquam
mutauit Ro. Ecclesia, adhuc reti-

nent Papistæ, si intra eiusdẽ fines
longè lateque propagatos adhuc

permanent, tu qui ex numero eo-
rum es, qui recesserunt ab illa, qui

sciderunt eandem, quam vsq; ad
messẽ durare oportebat, quo-

modo poteris intra illam cõsiste-

*Sternitur
uia ad quẽ
stionem,
utri sint
extra Ec-
clesiã Pa-
pistæ, an
sectarij.*

re? quomodo tenebis eādem cum
fidelibus, quæ vt esset vnitas per-
mittere noluisti? Nisi fortè non
est eadem illa nec manet vna, cō-
tinuata scilicet temporibus, & ad
nos vsq; perducta. Dic igitur vbi
erepta sit nobis? vbi amissa, inter-
rupta fuerit? quo tempore & per
quem? Quod si dicere non potes,
si nullo modo apparet, quando &
per quē Romana ac proinde Pa-
pistica ecclesia, aut excōmunicata
fuerit ab alia vlla potestate Catho-
lica, aut ipsa sese extorrrē à Catho-
lica fecerit, hoc est, secesserit à cō-
munionē fidelium, quæ cum San-
ctis & electis Dei, qui intus ac so-
li Deo noti sunt, & nūc est, & fuit
semper, & vsque ad finem seculi
futura est, quæro iterum ex te,
quomodo illos, qui in eadē sunt,
neq;

RESPONSIO ALTERA

neque recesserunt ab illa, neque
ab alio quoquam eadem priuati
sunt, extra eandem constituas? te
autem ac tuos constituas in illa?
te inquam, qui rupto vinculo uni-
tatis discessisti ab illa, segregasti te
ab eiusdem consortio, & quasi
vna indiuiduaq; non sit Catholi-
ca, sed duæ, aut plures etiam esse
possint, in nouâ extrinsecus col-
lectam (quæ tamen & ipsa in ali-
as partes mox abiit) seditiosè trās-
tulisti? Hæc cum ita sint, cum aut
nulla prorsus in terris, aut hæc
vnica, quam dixi, vera & Ca-
tholica sit, quocunque alio in-
terim nomine vel tota vel pars e-
iusdem aliqua, appelletur, tu au-
tem relicta, scissa ac violata
communione eiusdem ac dis-
cesseris ab illa perturbes etiam.

num pacem publicam, hostem-
que illiuste ac perduellem omni-
bus dictis factisq; tuis constituas,
potés ne vlla in parte eiusdem de-
litescere? tu inquã, qui in his ipsis
scriptis tuis ita furis ac tumultua-
ris contra me, qui defendo eandẽ,
vt nisi te iamdudũ ipse eiecisses,
nulla nec diuina nec humana au-
thoritate intra eandẽ retineri pos-
ses. Sed hactenus de Ecclesia & ex-
teriore eiusdem communiõe, ius-
ta veterum sententiam, confu-
tata interim falsa tua & absurda
commentatione, in qua illud fa-
nẽ cum Donatistis commune ha-
bes, quod vt illi suam statuentes
Ecclesiam, Catholicam negabãt,
ita tu Catholicam quidẽ esse ne-
gare non potes, ad te tamen rape-
re eandẽ, & alios omnes, qui tuæ
factio-

RESPONSIO ALTERA.

factionis non sunt, excludere conaris.

Nunc quæ reliqua tua sit diminutio cōtra me, ac propemodum eadem de re, falsa scilicet, absurda, impudens, quàm breuissimè poterō ostendam. In quo iterum, cādidē lector, iudicium æquitatēq; tuam adesse mihi volo, vt bona fide iudices, quanta sit huius vanissimi literatoris insolentia, qui ex falsis inconcessisq; hypothefibus, quas nullo vnquā tēpore probare mihi poterit, Papistas tanquā hereticos extra Ecclesiam Catholicam abiicere, se autē ac suos intra eandem constituere conatur.

Primū igitur illud statuendū ^{Hypothesē duæ.} est, dum quæritur vtri sint in Ecclesia, Papistę an Lutherani? vt intelligamus non interiorem socie-

tatem, quæ sanctorum est, & soli Deo cognita, sed & Ecclesiam Catholicam in tota sua amplitudine, in qua secundum externam communionem, quæ in usu sacramentorum est, mali & impii permixti sunt bonis, nec separabuntur (vt supra dictum est) ante finem mundi. Deinde illud etiam repetendum est, in Ecclesia omnes esse, qui baptismo Christi initiati in communionem corporis eiusdem permanent. Etenim baptizamur omnes in corpus Christi, vt scriptura dicit, sed permanent in eodem, qui unitatem pacis seruant, ita vt nec discedant ab ea superba aut peruersa obstinatione aliqua, nec gladio disciplinæ à communione eiusdem præcidantur. Huius rei testimonia & exempla extant in scriptu-

RESPONSIO ALTERA.

ris: Ex nobis egressi sunt, inquit Ioh. in epist. sed non erant ex nobis, ubi loquitur de hæreticis, quorum alii diuinitatem, alii humanitatem Christi negabant, & idcirco separauerant sese ab Ecclesia Apostolica. Item Seruator in Euangelio, vult delinquentem semel atq; iterum admoneri, deinde denunciari Ecclesiæ, postremò nisi Ecclesiam audierit, tanquam Ethnicum & publicanum habendum. Sed & Paulus tradit Sathana Corinthium illum, qui vxorẽ patris sui habebat, in interitum carnis &c. His exemplis ostenditur eos qui in Ecclesia sunt, vel culpa sua spontanea, vel per censuram Ecclesiasticam extores ab eadem fieri. Nunc ad rem.

Papistas ait furiosus ille nō esse
 in Ecclesia, quia fideles non sint,
 nec Deum agnoscant. Rationem
 reddit, quia negēt & impugnent
 officia & virtutes passionis Chri-
 sti. Cōfirmat hæreticorum exem-
 plo, qui negabant distinctas natu-
 ras in Christo esse, vt Valentinus
 & Arius (vt ipse ait) qui cū pro-
 pter hæresim fuerint extra Eccle-
 siam, idcirco & Papistas extra Ec-
 clesiam esse. Quomodo autem nō
 agnoscant Deum Papistæ, & offi-
 cia ac virtutes passiōis Christi ab-
 negent (ita enim loquitur) nō de-
 clarat, nec probat vlla alia ratiōe,
 nisi quòd tragica vbiq; & crimi-
 nosa accusatione enumerat Pur-
 gatorium, Missas pro defunctis,
 Inuocationem Sanctorum, Bona
 opera, dimidiatum sacramētum,
 Trans

RESPONSIO ALTERA.

Transubstantiationem, & id genus alia, quæ plus quàm mille annis in vltam veteris quàm recētoris Ecclesiæ fuisse probari potest. Quò autem facilius persuadeat hominibus, & veritatem, quam vincere non potest, fraude sophistica eludat, facit duplices fideles, duplicem, immò triplicem fidē, vnam historicam, alteram Dēmonum, tertiam quæ operatur per charitatem. Sed & duplicem baptismum fingit, itē duplices peccatores, aliaq; id genus noua quibus fallat lectorem, & sub specie veri iudicium eius frustretur. Sed dic mihi ô furia (quandoquidem maledictis certare pulchrum esse putas) dic inquā, quæ officia, quas virtutes passionis Christi negant tibi, immò verò oppugnāt etiam,

ut tu ais, Papistæ? An quia sacrificium offerunt pro defunctis, bonis operibus tanquam meritoriis student, Synaxin Laicalem celebrant sub altera tātummodò specie, quemque sumunt in Eucharistia, eundem etiam ut Deum adorant? At hæc ipsa, si nescis, sunt & fuerunt in usu Catholicæ Ecclesiæ tanto tempore, ut minimum dicam, ut initii eius nulla extet memoria, tanto consensu omnium gētium ac populorum, qui manēt in vnitatē Catholica, ut nefas sit inquirere in ea, & qui inquisiērit, consensu ac iudicio eiusdem Ecclesiæ pro heretico aut scismatico habeatur. Nisi fortē Ecclesia quæ hodie est, quæq; tot spaciis annorum ad nos vsq; perducta est, aut non est Catholica,

aut

RESPONSIO ALTERA.

aut si catholica est, corpus Christi tamē, & columna ac firmamentū veritatis non est? Tu igitur ostēde vbi sit, aut vbi latuerit tantis temporibus Catholica, si hęc non est, quam hodie & tenemus nos, & maiores nostri sine intermissiōe tot annorum curriculis tenuerūt? Aut si potes doce, vbi interrupta, quò translata, quomodo extincta fuerit? Non loquor hīc de sola interiore illa, quæ electorum Dei est, & soli Deo, vbi & in qua parte mundi rarior aut frequentior sit, cognita, sed simul de externa ista & visibili congregatione, quæ vt suprā declaratum est, in vsu & tractatione sacramentorum constituta, nec ignorari à quoquam, nec dissimulari potest, quæ certè cūm

vnica

BART. LATOMI

vnica & indiuidua sit, interiore
 illam intra sese vt palea triticum
 complectens, cumq; omniũ loco
 rum, temporum ac personarum
 vna eademq; sit, vsq; ad fines or-
 bis terrarum porrecta, quàm lon-
 gè scilicet ac latè patet baptismus
 & fides Christi, quomodo potest
 nō Catholica esse, Catholica, in-
 quam, & esse & dici? Hæc cum ita
 sint, cum ea quæ tu dānas, in vni-
 uersa Catholica (quæ spiritu san-
 cto ad salutem omnium guber-
 natur) tanto tempore recepta, ap-
 probata, vsitata fuerint, nec gens
 vlla intra vnitatem eiusdem con-
 stituta, extet hodie, aut tanto tem-
 porum discursu, immò ab Apo-
 stolis vsq;, quod multis argumen-
 tis p̄b̄ari potest, fuerit in illa, quæ
 non tenuerit vsum eundem, eaq;
 ipsa

RESPONSIO ALTERA.

ipsa, quæ tu cõdemnas, non sanctè ac religiosè coluerit: quid dicere potes, quò minùs stetur iudicio & consensui Ecclesiæ? quæ cū ducatur à spiritu sancto ad ea, quæ ad prouehendam pietatem, salutemq; nostram pertinēt, quid habes quod rectè ac piè sequaris, si te ab huius magisterio ac disciplina separaueris?

Sed negas tamen ista scripturis expressa esse, vel ex eisdem probari posse. Neq; ego hîc quæro, expressa sint, nec ne, sed illud tantū, an Ecclesię consensu introducta, recepta, approbata fuerint. Nisi fortè errare, vt iã dixi, ac falli posse Ecclesiã putas? Quod si ita est, frustra sponsa & corpus Christi appellatur. siquidem sponsa aberrare à sponso ac falli, corpus autē

sine

BART. LATOMI

sine capite ac spiritu suo esse potest. Sed quia scripturam requiris à me, tu vicissim ostende mihi, ubi hoc ipsum scriptum sit, sine scriptura nihil recipiendum esse, nihil ratum ac firmum habendum, etiamsi consonet veritati, nec pugnet cum verbo Dei, nisi expressum sit voce ac literis scripturæ? An verò satis est dicere ac scribere talia, ac defendere etiam conari, nullum cultum sine expreso mandato Dei exhibendum, nullas traditiones in Ecclesia recipiendas esse, nisi exemplo, aut expreso scripturæ testimonio sint commendatæ. Nego iterum tibi blatero, nego talem assertionem veram esse, tu ostende & proba mihi expreso scripturæ testimonio, tu inquam, qui in rebus
istis

RESPONSIO ALTERA.

istis, quæ vel ad cultum Dei, vel ad
diuidicationem religionis perti-
nent, non nisi expressam scriptu-
ram à me requiris. Quid hîc allega-
bis mihi? Ne declinaueris, neque
ad dextram neque ad sinistram
&c. Sed quid additur ibidem? Ne
eas post Deos alienos, & colas
eos. Vides hîc cur nolit deflecti
ad dextram vel ad sinistrâ? Quid
simile est in causa nostra? At ego
memini hunc locum ab initio
dissensionis huius frequenter, sed
frustrâ tamen vsurpatum fuisse.
quare & citò exoleuit. Nihil em̃
aliud ibidem præcipitur, nisi vt
populus caueat à cultu idolorû,
ad quem alioqui ex Aegypto re-
uersus propensior erat. Ostende
igitur tu mihi, & proba verum es-
se axioma vestrum, quo statuitis
nul-

nullum cultum Dei, nullas traditiones, nisi ad externum & corporalem usum (sicut Apologia Cōfessionis habet) pertinentes, recipiendas esse, nisi verbo Dei sint expressæ. Quod si verum est, fa-
cessant infinitæ tradiitiōes, & quidem saluberrimæ, partim ab Apostolis ipsis, partim à Patribus conditæ, quibus sublatis, quis non videt lumen ingens tolli de Ecclesia? regulam disciplinæ, ordinem ministerii, ritum ceremoniarum, doctrinam fidei, tractationem sacramentorum, totiusq; cultus diuini integritatem in caliginem simul erroremq; deuolui? Nisi fortè friuola erant illa, neq; vsui Ecclesiastico necessaria, quæ post reuelatum Euangelium mox Apostoli ipsi, deinde eorundem successores

RESPONSIO ALTERA.

cessores, vel ordinauerunt, vel ex
 longa obseruatione retinuerunt
 in Ecclesia, vt de circuncisione,
 de paruulorum baptismo, de or-
 dine ministrorum, de paschate &
 ieiunio, de non iterando baptisma-
 te, de ritu ac forma baptizandi, de
 catechuminis, de eucharistia & sy-
 naxi, de vino non sine aqua in ca-
 lice offerendo, aliisq; infinitis, de
 quibus ferè omnibus quamuis scri-
 ptura expressa nulla extaret, po-
 stulante tamē vel vsu rerū vel ne-
 cessitate, nō dubitauerunt patres
 statuere eam & tradere Ecclesiis,
 nec minùs rata fuerunt, quàm si li-
 teris euangelicis expressa fuissent.
 Sed mitto ista, inquis, quæ virtuti
 passionis Christi non detrahunt,
 illa dico, quæ introducta à Rom.
 Pontificibus contra expressum

H. vero

verbum Dei, derogant meritis Christi, aut certè dignitatem illorum obscurant. Audio veterator & hoc ipsum est, quod à te expectabam, Sed illud scire debes, me illud ipsum quod narras haud segniùs curare vt recipiatur scilicet in Ecclesia, nihil vt ne feratur quidem vlla ratione, quod obscuret honorem Deo debitum, quod virtuti ac meritis passionis Christi deroget, Deinde illud etiam, & quidem libentiùs quàm tu recipio, nihil retinendum ac ne admittendum quidẽ esse, quod verbo Dei contrarium sit, aut quod cum sententia eiusdem, hoc est, cum diuina volùtate vllo modo pugnare deprehendatur.

Sed quod ad causam nostram

atti-

RESPONSIO ALTERA

attinet, nego vera esse, quæ tu ob-
iicis, nego ea, quæ in usu Eccle-
siæ sunt, & fuerunt tanto tem-
porum decursu, si ritè gerantur
(abusus enim si qui irrepsierunt, &
populares superstitiones semper
excipio) nego, inquam talia esse,
vt derogent meritis Christi, ob-
scurent virtutem passionis ipsius,
verbo ac voluntati Dei vlla ex par-
te repugnent.

Prima igitur inter nos hæc est
quæstio: an, qualia tu dicis, habeat
Papistica Ecclesia. Deinde si ha-
bet, an idcirco infidelis & heretica
censenda sit, ac proinde extra Ca-
tholicã pro excommunicata ha-
benda. Prior facti est quæstio, po-
sterior iuris, seu qualitatis. Dis-
xi paulò antè abusus me nullos

defendere, nec errores populares, quibus addo & priuatorum hominum & Scholasticorum dogmata nisi quatenus consentiunt vel saltem non pugnant cum scripturis diuinis, nec aliter tamen quam si à Catholica Ecclesia vel recepta tacite, vel expresse confirmata fuerint. His igitur propositis, quæro quæ tandem sint illa, quæ vel derogant meritis Christi in Papistica Ecclesia, aut pugnent cum expressis scripturis, aut sint verbo Dei contraria. Ego suprâ attigi nonnulla, sed plura tamen enumerantur à vobis, præsertim dum lapidatis Papistas, & in omnibus dictis scriptisq; vestris infensissime illis irati estis, Et sunt ista ferè, si rectè memini, aut similia: Purgatorium, Missæ pro defunctis, Inuocatio

RESPONSIO ALTERA.

catio sanctorum, dimidiatum sacramentum Eucharistiæ, Transsubstantiatio, Opera meritoria, cœlibatus clericorum, Vota monastica, delectus ciborum, & alia id genus, prout quæq; calumniis vestris opportuna sunt, quæ & declamatis in vulgus, & Papistas omni genere criminatiõum profcinditis. Sed de his singulis hîc tecum plena disceptatione altercari, perlongum foret, quare remitto te ad ea, quæ eisdem de rebus non à me tantùm contra Bucerum olim, contra Göppingensem nuper, contra te ante biennium, scripta sunt, sed multo magis etiam ad illa, quæ ab eruditis & orthodoxis viris, totis iam 40. annis pro defensione veteris Ecclesiæ Catholicæque religio-

BART. LATOMI

nis integritate, contra vos elaborata extant, quæ si contemnitis, si vobis satis non sunt, nec respondent ad normam sapientiæ vestræ: quis vnquam respondebit? aut quis ad arbitrium vestrum ita præstiterit omnia, vt cum ne inter vos ipsos quidem sententia vna sit, vllis aduersariorum scriptis acquieturi sitis? Sed ne tacuisse me tamen ac nihil respondisse tibi cauilleris, summatim perstringam pleraq; ex prædictis, & quæ longa ferè oratione explicari possent, breuiter hîc quâ tum potero complectar.

Purgatorium.

Ignem quendam purgatorium esse Paulus ipse testari videtur, cum de fide & operibus loquens in priori Epistola ad Corinthios

rinæ

RESPONSIO ALTERA.

rinthios dicit, nonnullos qui ligna, fœnum, stipulam, super fundamento fidei, quod Christus est, struxerint, hoc est, manserint quidem in fide & charitate, & sic in Domino obierint, vixerint tamen negligentius, & humane interim infirmitati succubuerint, vt Augustinus interpretatur, saluos tamen fieri, sed non nisi per ignem. Quod de igne tribulationis certè in hac vita intelligi non posse argumento sunt alia verba ibidem posita, vbi dicitur: Vniuscuiusque opus manifestum erit, quod nunquàm continget in hoc seculo. Item illud, Dies Domini declarabit, quod expressè ad extremum iudicium pertinet. Sed quid opus est testimoniis, cùm Ecclesia Ca-

tholica tanto tempore ita crediderit & tradiderit fidelibus, vt ab ipsis etiam Apostolis accepisse haud vanis argumentis ac testimoniis veterum, planum fieri possit.

Quòd autem animæ in purgatorio existentes releuentur bonis operibus viuentium, quæ pro ipsis fiunt, nempe oblatione sacrificii, precibus, eleemosynis, & aliis id genus, receptum est eadem authoritate Ecclesiæ, totque iam seculis confirmatum, vt dubitari nefas sit. Quod si scripturam etiam, & quidem expressam requiris, notus est locus in secundo Machabæorum, de Iuda Machabæo, qui xii. milia drachmarum argenti misit Hierosolymam in sacrificium, pro peccatis eorū, qui

RESPONSIO ALTERA.

quise donariis idolorum polluerant. Nec obstat quòd hic liber in Canone Hebræorum non est, cū satis authoratus sit ab Ecclesia, cuius maior est authoritas quàm Synagoge, & sic inter sacras scripturas relatus, inter quas habetur etiā, & habitus fuit in veteri Ecclesia multo ante Augustini tempora, sicut ex scriptis ipsius & aliorū veterum passim cognoscitur.

Missam sacrificium esse, ostendi in libello meo nuper edito contra Göppingensem, testimoniis scripturæ & Patrum ibidem citatis. Et certè Paulus id ipsum satis ostendit, suffragante tota antiquitate, ubi repræhendit Corinthios, quòd in sacrificiis idolorum epularentur cū gentibus, conferens mēsam dæmoniorum cum mēsa Dominica,

minica, & negans, eos, qui mensæ
 daemoniorū consortes essent, men-
 sæ Christi participes esse posse. Lo-
 cus ita tractatur, & pro rei conditi-
 one ac natura talis est, vt sacrificiū
 in mensa Dominica rectè prorsus
 ac verè accipiatur, & nisi fiat, inep-
 ta fuerit Pauli cōparatio, qua men-
 sæ simplicis cōmemoratione à
 mensa sacrificii abstertere conatur.
 Ceterū cōtra Göppingēsem, pro-
 phetiam Malachiæ, & exemplum
 oblationis Melchisedech allegaue-
 ram, cum loco ex Psalmis, *Tu es sa-*
cerdos in æternum, quæ certè ab o-
 mnibus allegari solent de hoc sa-
 crificio, & in memoria sacræ illi-
 us cœnæ commendanda ab vni-
 uersa Catholica Ecclesia frequen-
 tantur. At tu eludis impudēter, &
 torques ad solum crucis sacrifici-
 cium,

RESPONSIO ALTERA.

cium, de quo epistola ad Hebræos loquitur, exclusa prorsus mensa Dominica, cui tamen hunc ritum panis & vini offerendi propius q̃ sacrificio crucis conuenire, nemo est nisi tui similis, qui non confite ri cogatur. Quòd autem allegas Hieronymum in eūdē Prophetā, qui oblationem mundam, de qua Propheta loquitur ad preces fidelium duntaxat in nouo testamento referat, nulla Missaici sacrificii, vt tu vocas, mentione facta, impudēs mendacium est, ac tuo nomine atque improbitate in hac tota causa dignum, id quod perspicuum est ex verbis Hieronymi eodem in loco, vbi primū quidem interpretatur mundam oblationem offerendam in thymiamate ac precibus sanctorū, deinde verò addit
can

eandem oblationem immundam futuram esse populo Israel, sed mūdam in ceremoniis Christianorum, vt indubitatum, immò expressum sit, illum sacrificium Eucharisticum, sub nomine cæremoniarum significasse, idque iuxta veterum sententiam, vt Irenæi, Cypriani, & aliorum, qui ante ipsum eundem locum omnes ita exposuerunt. Et ista quæ dixi, garris in vltima parte libelli tui, vbi de Transsubstantiatione contra me pugnas.

Ceterum eodem in loco illud etiam tanquā valde absurdū à me quæris, vbi legerim figuras noui testamenti præcedentibus aliis figuris adumbratas fuisse. In quo, vt respondeam tibi, apparet duplex vel inscitia tua vel improbitas. Vna quòd

RESPONSIO ALTERA.

quòd sacramenta noui Testamenti figuras vocas: altera, quòd negas illa ipsa sacramenta figuris veteris Testamenti adumbrata fuisse. Signa enim, si nescis, vocamus sacramenta nouæ legis, non figuras, quia gratiam significant, & rem præsentem exhibent, vt aqua in baptismo, ablutione peccatorum: species panis & vini in mensa Domini-
ca, verum corpus & sanguinem Christi. Figuræ autem veteris Testamenti, rem non præsentem, sed futuram duntaxat significabant, non autem exhibebant, vt diluuium, transitus maris rubri, & circumcisio, significabant baptismum, nempe futurum sacramentum aquæ regeneratricis in Ecclesia: manna in deserto, significabat futurum sacramentum corporis Christi,

BART. LATOMI

sti, aqua de petra producta, sacramentum sanguinis Christi, id quod Paulus etiam testatur prioris Corinthiorum decimo. Pudeat te igitur tam friuolis dictis eludere conari testimonia scripturarum, commentis tam vanis & improbis authoritati totius antiquitatis, totius Eccl. Catholicæ obstrepere.

Transsubstantiatio.

Occurrit hic locus de Transsubstantiatione, quem tu pari vanitate et impudentia tractas contra me, neque ego vlllo modo silentio hic præterire possum. Deprauas enim sententias & dicta Patrum, & quamuis apertissima sint, detorques tamen ad institutum tuum, vero germanoque sensu, qui disertis verbis ac nominatim etiam expressus est, improbissime dissimulato. Quid enim clarius dici potuit

RESPONSIO ALTERA.

Poruit à Cypriano, quàm panem
 illum, quem Dominus discipulis
 porrigebat (verba sunt Cypriani)
 non effigie, sed natura mutatū, o-
 mnipotentia verbi factū fuisse car-
 nem. Et tamē hoc negas tu sensisse
 Cyprianū. quid ita? quia in Epi-
 stola, inquis, ad Cæcilium scribit
 in vino sanguinem Domini o-
 stendi. Bella verò & inuincibilis
 ratio. quasi tu ipse ignores blate-
 tero, modos istos loquendi in o-
 mni sermone in usu esse, nempe
 ut rerum ipsarum nominibus pro
 signis siue symbolis ac speciebus
 earundem abutamur. In vino dicit
 Cyprianus sanguinem Domini
 ostendi, quis hīc non videt il-
 lum, nō de vino communi, sed de
 conuerso in sanguinem Christi, ac
 p̄inde specie atq; imagine, vini nō
 de

BART. LATOMI

de vero ac naturali vino loqui?
Nisi fortè oblitus fuerat prioris
dicti sui, quo disertis verbis de-
clarauerat, panẽ (ac proinde & vi-
num) in consecratione mutari
natura, & verbi omnipotentia car-
nem Christi fieri? Eodem sensu
& altero in loco per te citato ac-
cipiendus est, vbi dicit, Christum
discipulis panem comedendum
dedisse, hoc est, panem mutatum
in carnem suam, & sic nõ verum
panem, sed speciem & effigiẽ pa-
nis. Item Iudæis corpus crucifi-
gendum tradidisse, corpus scili-
cet non aliud, sed idẽ ipsum quod
discipulis sub specie panis dede-
rat, sed Iudæis visibiliter, & vt ita
dicam, palpabiliter, sensui scilicet
ac morti obnoxium, discipulis au-
tem inuisibiliter, immortale & di-
uinum.

RESPONSIO ALTERA.

uinum. Idem dico de duobus aliis locis, ex Ambrosio & Hieronymo citatis. Item de omnibus aliis apud Patres, nec apud Patres tantum, sed in omnibus etiam Evangelicis & Apostolicis scripturis.

Illud certè satis mirari nō possum, cū ipse fatearis, Patres interdū rerū significatarum nomine symbola ipsa, quibus significantur ornare, vt verbi gratia, dicēdo, hoc est corpus meum, intelligatur panis, qui est symbolum corporis, & nō intelligatur ipsum verū corpus Christi, quæ est ipsissima sacramentaria hæresis, cū hoc fatearis, inquam, & ponas in libello tuo pag 233. & per hoc satis declaras te non ignorare verba non semper propriè accipi, sed transferri à propria significatione in aliam, & sic quodāmodo, vt

Vt paulò antè dictum est, modificà
 ri, cur tu in dictis Cypriani, Am-
 brosii, Hyeronimi, idipsum non
 serues? non modifies, non acci-
 pias verba iuxta mentem ac volun-
 tatem loquentium, vt vbi panis in
 sacramento nominatur, non na-
 turalem panem, sed speciem &
 formam panis, & vbi vinum no-
 minatur, non vinũ de vuis expres-
 sum, sed speciem externam & ima-
 ginẽ vini accipias, quò scilicet ser-
 uiant verba subiectæ materiẽ ac
 sensui loquentis, vt conseruetur
 veritas, nec tu aut alius quisquam
 quod dictum scriptũue est, in a-
 liam significationem quàm volu-
 it author diuertas? Sed tu dicis e-
 odem modo sensisse Patres, quo
 tu accipis, nostrũq; transelementa-
 tionis cõmentum insanum vocas,
 quoq;

RESPONSIO ALTERA.

quoque impudentius ibidem mentiaris, addis illud etiā, Patres sese in predictis aliisque innumeris locis quod sentiant, atque id ipsum planè quod tu sentis, hoc est, quod tu illis improbissimè affingis, explicare. Oportentū hominis, sine fronte, sine vena vlla pudoris, procul & ab omni sensu verecundiæ alienum. Patres sese explicant, ostendunt se tecum sentire, idque innumeris locis. Vbi obsecro? vbi hoc faciunt? aut qui sunt illi, qui tuam tuorumque sententiam approbant? ostende mihi vel apicem vnum. Nunquam facies scio, etiam si te confeceris. At ego dum tu cessas contrarium tibi ostendam, & quidem de his ipsis quos tu nominasti contra me, ego autem in priori responsione mea aduersus te

Cyprian. citaueram. Cyprianum audi-
 sti paulò antè loquētem, & ita pla-
 nè ac disertè vt etiam doleat tibi,
 scio, q̃ vir tantus ac martyr Chri-
 sti sermonem illum de sacrosan-
 cta cœna Domini, de mysterio &
 veritate, & fructu huius sacramen-
 ti, tam dilucidè, & tam securo iu-
 dicio, tam beata denique testimo-
 niorum vbertate scripserit. Itaque
 reuoco te ad eundem, petoq̃ue
 abs te, atque oro etiam, vt diligen-
 tiùs legas, præcipuè autem locum
 suprà à me citatum, quem tu dis-
 simulasti, perspicias, nisi oculos
 pariter cum fronte amisisti, vtrum
 tu vanior atque improbior sis in
 peruertendis Patrum sententiis,
 an ego in adserendis eisdem veri-
 or deprehendar.

RESPONSIO ALTERA.

De Ambrosio quid dicam? *q̃ Ambros.*

clara & expressa sunt eius testimo-
nia? Scripsit tractatum de Sacra-
mentis in sex libros digestum, in
quarto libro cap. 4 his verbis lo-
quitur: Tu fortè dicis: Meus pa-
nis est vsitatus. Et respondet, Sed
panis iste, inquit, panis est ante ver-
ba sacramentorum, vbi accesserit
consecratio, de pane fit caro
Christi. Et paulò pòst, Ipse dixit,
& facta sunt, ipse mandauit, & cre-
ata sunt. Non erat corpus Chri-
sti ante consecrationem, sed post
consecrationem dico tibi, quòd
iam corpus est Christi. Item an-
te finem eiusdem capituli, post-
quàm recensuit multa miracula di-
uinæ potentiæ, ita concludit, Ex
his igitur omnibus non intelligis
quantum operetur sermo cœle-

stis? Si operatus est in fonte terreno (intellige quē dulcem reddidit Moyses) si in aliis rebus, non operabitur in cælestibus sacramētis? Ergo didicisti quòd ex pane corpus fiat Christi, & quòd vinū & aqua in calicem mittitur, non manet qd̄ antè fuerat, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Sed fortè dicis: Speciē sanguinis non video. Et respondet, Sed habet, inquit, similitudinem. Si cut enim mortis similitudinem sumpisti (intellige de specio panis, sub qua inuisibiliter Christi corpus passum continetur) ita etiam similitudinem preciosi sanguinis bibis, vt nullus horror cruoris sit, & precium tamen operetur redemptionis. Ex his dilucidè patet quid senserit

RESPONSIO ALTERA.

Ambrosius, quomodo anteconsecrationem panem & vinum esse declarat, post consecrationem corpus & sanguinē Christi, nec manere panem post consecrationem ait, nec vinum sumi, sed vini duntaxat similitudinem, hoc est, speciem & imaginem, mutata scilicet naturæ substantia, & in verum Christi sanguinem conuersa. Eodem modo loquitur in libro, de his, qui mysteriis initiantur, capite 9. Fortasse dicas, inquit, Aliud video, quomodo tu mihi asseris quòd Christi corpus accipiam? Et ipse respondet, Et hoc nobis, inquit, adhuc superest, vt probemus. Et statim subiungit, Quantis igitur vtimur exemplis, vt probemus, non hoc esse quod natura formauit, sed quod

benedictio consecrauit, maiorem
que vim esse benedictionis quam
naturæ, quia benedictione etiã na-
tura mutatur. Atque hic iam sub-
textit exempla tam ex veteri quam
nouo testamẽto, de Moyse & He-
lisæo, quanta miracula contra na-
turam ediderint, Item de incarna-
tione verbi Dei in vtero virginis,
& de natiuitate eiusdẽ ex eadem
virgine ineffabili scilicet mysterio
atq; omnipotentia Dei. Et addit
ibidem, non aliã quam verã Chri-
sti carnem esse, in quam per conse-
crationẽ panis transmutetur. Ve-
ra utiq; inqt, caro Christi est, quæ
crucifixæ est, q̃ sepulta est, verẽ er-
go carnis illius sacramẽtũ est. Ipse
clamat Dñs Iesus, Hoc est corpus
meũ. Ante benedictionẽ verborũ
celestiũ alia species noĩatur, post cõ-
secra-

RESPONSIO ALTERA.

secrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum, Ante cōsecrationē aliud dicitur, post consecrationem sanguis nūcupatur. Quid hīc habes quod dicas præstigiator? Satis ne tibi ostēsum est ex scriptis atq; adeò ex ore ipsius Ambrosii, quid senserit tantus vir de pane & vino in Eucharistia post cōsecrationem? quid naturæ, quantum consecrationi tribuat? quo nomine deniq; sacramēta illa ante consecrationē, quomodo post consecratiōem appellet. Nec tu captaueris, mihi verba in hoc negotio, id quod studiosè te & improbè facere video, sed metue lectoris iudicium, qui luctantē te in hac causa tua pessima, & præsidia vndecunque quærētem, facillimè depræhendet.

Hieronymus.

De verbis Hieronymi eodem modo respondeo tibi, quo ad dictum Cypriani. Nam sicut Cyprianus metonomia usus, dixit in vino, hoc est, in specie ac similitudine vini, ostendi sanguinem Domini, sic Hieronymus dixit, Christum per panem & vinum repræsentasse corpus suum passum, per panem & vinum, scilicet, species illarum rerum non res ipsas intelligens, id quod ubique non in patribus tantum, sed in scripturis etiam sacris, ut supra dixi, occurrit, præsertim in materia sacramentorum, de quibus aliter commodè sermo fieri non potest. Quomodo enim diceret Hieronymus, per speciẽ siue imaginẽ vini? Nõ nego, posset sic loqui, & si suspicatus fuisset hac de re controuer-

RESPONSIO ALTERA.

trouersiã fore, sine dubio ita dixisset, nec ipse tãtũ, sed & Cyprianus & cæteri patres omnes, ne darent occasione hæresibus ex dictis suis confirmandis, sed quanto cõmodiùs sic locutifunt, nomine ipsius rei scilicet pro specie ac similitudine eiusdem vsurpato, id quod in omni fermone, vt suprà dixi, vsitatũ est, vel cõmoditatis scilicet, vel ornatus, vel necessitatis causa.

Quod ad Theophylactum at- Theophylactus.
tinet, non minor certè impudentia tua deprehenditur, quã in Ambrosio, dum tu illum pro te ac tuis facere affirmas. Nã si hoc verum est, si pro te facit Theophylactus, trib⁹ certè vt minimũ, in locis falsum scripsit. Ita em̃ scribit in Matthæum cap. 23. In veteri, inquit, testamento non permittit Christus

stus donū maius esse altario, apud
nos aut altarium donis magis sa-
cratur. Panes enim in dominicū
corpus diuina gratia conuertun-
tur, ideo & sanctificatur ab eis al-
tare. Sed tu hoc fortè non recipis,
quia nominatim non dicitur, pa-
nes trās substantialiari, & sic testimo-
nium hoc tibi non est satis expres-
sum. Ego autem ex te discere cu-
pio, cū dicimus virgam Moysis
versam fuisse in serpentem, vel
aquam in Cana versam in vinū,
vtrum intelligas substātiās rerum
illarum mutatas fuisse? an non? si
mansit substantia virgę corā Pha-
raone, non erat serpens, sed præsti-
gium. Item si mansit aqua in hy-
driis, non erat vinum, sed aqua, &
discumbētes aquam pro vino bi-
bebant. Aut igitur falso dicuntur
ista

RESPONSIO ALTERA.

ista conuerſa fuiſſe, aut cum dicimus panem conuerſum fuiſſe in corpus Chriſti, neceſſe eſt vt intelligamus ſubſtantiarum trãſmutationem factam, aut opus erit noua Grammatica, per quã doceamur loqui in rerũ tranſmutationibus, vt cùm factę fuerint, ſciamus quibus verbis enunciandę ſint, vt ab hominibus rectẽ intelligamur, ne cùm dicimus nubem in pluuiam verſam eſſe, vel ſapientẽ ſtultum factum, intelligamus hæc mutata quidem eſſe, ſed adhuc tamen integra & immutata manere. Suprà captum meum eſt & alienum ab vſu loquendi, panem conuerti in corp⁹ Chriſti, & nihilominus corpore exiſtente panem manere.

Sed videamus aliud dictũ Theophylacti, ne fortẽ quod ſenſit
priori

priori in loco parum expreſſerit.
In Marcū cap. 14. Hoc eſt corpus
meum, hoc inquam, ait, quod ſu-
mitis. Et mox addit, Non enim fi-
gura & exemplar quoddam Do-
minici corporis panis eſt, ſed in
illum conuertitur corpus Chri-
ſti. Vide eandem hīc phraſim eſ-
ſe, qua in Matthæum uſus eſt. Ne-
gat panem figuram & exēplar cor-
poris eſſe: quid ita? quia conuerti-
tur in corpus Chriſti. Deſinit igitur
panis eſſe panis, & loco illius
exiſtit corpus Chriſti, vnde etiam
figura & exemplar corporis eſſe
non poteſt, panis ſcilicet ille ſub-
ſtācialis, ſecus de ſpecie & imagine
eiuſdem q̄ mutato eo relinquitur.
Hæc igitur mutatio ſi tranſſubſtā-
tiatio nō eſt, dic q̄ ſit, quo nomine
eandem appellari velis? Sequitur

mox

RESPONSIO ALTERA.

mox ratio prioris dicti, Dominus
em̄ dicit, inquit, Panis quē ego da-
do caro mea est, non dixit, figura
est carnis meæ, sed caro mea est.
Et hæc in Euangelium Marci.

Videamus etiam quid sentiat
idē Theophylactus in Iohannē.
In 6. cap. Iohannis, ita loquitur.
Attēde autē, quòd panis qui à no-
bis in mysteriis manducatur, non
est tantū figuratio quēdam carnis
Domini, sed ipsa caro Domini,
Non enim dixit, panis quem ego
dabo, figura est carnis, sed caro
mea est. Trāsformatur enim arca-
nis verbis panis ille per mysticam
benedictionē & accessionem san-
cti spiritus in carnē Domini. Sed
hic occurris fortasse, & dicis, pro-
te facere locum istum, quia dica-
tur, quòd panis non sit tantū fi-
gura.

guratio quædam &c. ergo intelligi figurationem quandã esse, quãuis & aliud sit ibi præter figurati-
onẽ, nempe corpus Christi. Manere igitur panẽ tãquam figurã corporis. & hoc esse idipsum quod tu cum tua cohorte clames. Acutè. Quæro ex te, possint ne ista cõsistere? Suprà in Marcum negavit panem figuram & exemplar esse, hîc dicit figurationem esse. Aut igitur sibi non constat Theophylactus, qui pugnantia scribit, aut interpretatione res dirimẽda est. Sed facilis est solutio, Suprà locutus est de pane ipso, quem negavit figurã seu symbolum esse corporis Dominici, directè certè cõtra te ac tuos omnes, qui dicũt panem & vinum manere vnà cum corpore domini. Hic aut loquitur
non

RESPONSIO ALTERA.

nō de pane ipso, sed de specie seu figura panis externa, quæ oculis cernitur, & teritur dentibus, & lingua gustatur, & eodem modo de vino. Itaq; non simpliciter vocat figuram, sicut ipse vides, sedfigurationem, & addit, quādam, & sic cum modificatione singulari, ne verum panem tanquā figuram, sed speciem tātummodò panis & similitudinē accipiamus. Et hæc de Theophylacto, ex quibus perspicias quanta tua sit vanitas, quòd tanti viri testimonium invertere, & in tuas partes trāsferre conaris.

Quòd dicis illū variare, & modò dicere panem conuerti in corpus Christi, modò in virtutē corporis, mihi nusquam occurrit in scriptis eius, & quidem attentius

K legenti,

legenti, nec puto verū esse, sed abs-
 te fictū more tuo, nisi locū mihi
 ostenderis. Quid aut captes intel-
 ligo, & paulò post dicam, vbi hūc
 locum absoluerō. Illud certū est,
 etiam si dixisset alicubi, panem in
 virtutem corporis transelemen-
 tari, vt tu narras, esset quidem im-
 propria locutio, propter verbum
 transelementandi, quod mutatiōi
 substantialis rei in qualitātē, nēpe
 panis, in virtutem carnis, minimē
 cōuenit. Posset tamen sustineri, vt
 per effectum siue operatiōem rei
 (id quod sēpē accidit) res ipsa si-
 gnificetur, & sic virtus carnis hoc
 loco, p carne ipsa accipiatur. Sed
 utcūq; sit, credibile nō est, nec dici
 cōuenit, tm virū in re seria ita vari-
 asse, vt tu scribis, vt quod vno im-
 mō altero etiam & tertio in loco,

RESPONSIO ALTERA.

ac sæpius etiã fortasse dixit, quasi oblitus fui mutauerit alio in loco, & in contrarium verterit.

Cæterum quòd carpiseudem, qui perpetuã Ecclesię sententiam de ꝓcessiõe Spiritus sancti oppugnauerit, vt eleues scilicet fidem & authoritatẽ tanti viri, facis more tuo ac tuorum, qui dum aliud respondere non possunt, ad conuicia vertuntur. Si in illo, quod tu ais, lapsus fuit Theophylactus, quod ei cum tota Græcia cõmune fuit, at hîc sensit cum Ecclesia Catholica, q̃ & sententiã eius approbavit, & scripta legit. Cæterum si qui in vno aliquo articulo errauerunt, in cætris audiendi non sunt, cur legitur Cyprianus in Ecclesia? cur Augustinus? cur Tertullianus, hîc etiam à te ipso citatus?

Illud p̄terire non possum, quòd
dicis Theophylactum explicare
se ipsum, quid senserit, ac prorsus
etiā tecum sentire, quia repræhē-
dat Capernaitas, qui verba Chri-
sti apud Iohannē carnaliter intel-
lexerint, & nō spiritualiter. Quis
hoc tibi negat calūniator, Caper-
naitas rectè ab illo repræhēdi? ne-
que ab illo tantum, sed etiā à Do-
mino ipso? Quid autem tu inde
efficere conaris? nō esse scilicet ve-
ram carnē in sacramento? id quod
nos dicimus ac defendimus, tu
autem, vt video, negas, ne carnem
scilicet in Eucharistia deuorare vi-
dearis. O monstrum hominis.
Hoc tu nobis igitur affigis? nobis
exprobras? id quod facis certè, si-
cut verba tua clarè ostēdunt, Tur-
pissime calumniator, qua fronte
audes

RESPONSIO ALTERA.

audes talia edere in vulgus? tã fœda ac sacrilega interpretatione violare sacrosancta myſteria? nos cū vniuerſa Catholica Eccleſia tam ſcleratè infamare. Quoties hoc tibi inculcandū eſt? quoties legiſti ipſe, & legis quotidie, nō in noſtris tantū ſcriptis, quæ eduntur contra vos, ſed in veterum etiam monumentis, quorum plena ſunt om̃ia, niſi tu fortè illa, vt credibile eſt, aſpernaris: quoties inquam & inculcatur à nobis? & tu vndique cognoscere poteſ? Nos cum de carne & ſanguine Chriſti in ſacramento loquimur, nō ſentimus de viſibili illa & cruēta carne, qualis à Iudæis crucifixa fuit, eodēq; modo de ſanguine viſibili, qualis tūc effuſus fuit, ſed de inuiſibili vtriuſq; & ſpiritali, vera

& viuifica substãtia carnis. Spiritu
ali inquam, quia deus spiritus est,
Christi aut corp⁹ spirituale, quod
nec cerni oculis nec tangi potest,
& tamẽ verum viuumq; corpus,
& per se subsistens, idem ipsum
scilicet inuisibiliter in sacramẽto,
quod à Iudeis visibiliter crucifixũ
fuit. Illud ipsum igitur corpus, si
nescis, & non ipsum (vt cum Au-
gustino loquar) manducamus in
hoc sacramẽto, ipsum quidem in-
uisibiliter, sed non ipsum visibili-
ter, ne nobis tam fœdã Capernai-
tici erroris notã apud imperitos
inuras. Quomodo autẽ hoc fieri
possit, vel quõ fiat, si quæris, q̃ro
vicissim à te cũ diuo Ambrosio,
quomodo incarnatus fuerit filius
Dei? quomodo ex virgine natus?
quõ resurrexerit de sepulchro?

RESPONSIO ALTERA.

quomodo in coelū ascēderit. Hæc
em̄ nisi credas, q̄q; his similia ac
cepit à maiorib⁹ totaq; credit Ca-
tholica Ecclesia, nunq̄ intelliges,
sed perpetuò manebis hæreticus.
in gehēnam scilicet, quam tu mi-
hi minatus es, tandē ipse ꝑcipitan-
dus. Et hæc de Theophylacto.

Venio ad Augustinū Principē <sup>Augusti-
nus.</sup> Theologorū, in quo tu pro te alle-
gando ita disertus es, vt ter quater
eundem locū (qui est pag. 235.) re-
petens, vix tandē qd velles suspi-
cari potuerim. Illud tamē vtcunq;
adsecut⁹ sum, vt animaduерterim
te in hac q̄stione, aut nō vidisse ni-
si vnum fortasse aut alterum locū
Augustini, aut si legisses, dissimu-
lare tamen eius sententiam, man-
dicationemq; spiritualem, quā tu
quoq; agnoscis in libello tuo, cū

BART. LATOMI

manducatione sacramentali de in-
dultria cōfundere. Citas enim lo-
cū ex eodē in caput 12. Iohā. tract.
50. vbi tractat locum de consilio
Iudeorū ad apprāhendendū Ie-
sum, post suscitātū Lazarū, & tro-
pologia vtēs dicit Iudæis indican-
dū esse, vbi sit Christus, & optat vt
audire eundē & apprēhēdere ve-
lint. Mox dicit illū in Ecclesia es-
se, & audiri à Iudeis ex Euangelio
posse, quomodo scilicet à parenti-
bus illorum tractatus fuerit, & po-
stremò in cœlū ascenderit. Ibi igi-
tur ait, nēpe in Ecclesia, audiendū
& tenendū esse. Et inducit respō-
dentē Iudeū, & querentē, Quē te-
nebo? Et hæc iā sunt verba, quę tu
pro te citas ex Augustino. Sed re-
citemus ea, vt intelligatur quan-
tum te iuuēt, & quā apta sint pro-
posito

RESPONSIO ALTERA.

posito tuo. Quem tenebo? inquit
 Iudæus, absentem? quomodo in
 cœlum manum mittam, vt ibi se
 dentem teneam? Respondet Au-
 gustinus, fidem mitte, & tenu-
 illi, parentes tui tennerunt carne,
 tu tene corde. quoniã Christus ab-
 sens etiã præsens est. nisi præsens
 esset, à nobis teneri nõ posset. sed
 quoniã verum est quod ait, Ecce
 vobiscũ sum vsq; ad consumma-
 tionẽ seculi, & abiit, & hĩc est, & re-
 diit, & nos non deseruit. Corpus
 enim suũ intulit cœlo, maiestatem
 non abstulit mũdo. Hæc sunt ver-
 ba Augustini, à te hucusq; recita-
 ta, quibus addis, si quid hac con-
 fessione tua, contrariũ sacræ scri-
 pturæ & analogiæ fidei cõtineri
 putẽ, vt ostendã tibi errorẽ, quod
 si faciã, emendare te & corrigere

eundem promptissimum fore pol-
 liceris. Quid hic agā lector? credā-
 ne huic blateroni, qui toties in hac
 causa mentitus est? Pollicetur se fru-
 gi futurū, si ostendā ei errorem hu-
 ius confessiōis suæ, nēpe sententiæ
 Augustini, si rectè intelligo (vix. n.
 qd vellent cōprehēdere potui, vt &
 suprā dixi.) Sed suspicor tamē hāc
 eius esse sententiam, quam hīc ex-
 p̄sit August. Christū sc. corpus suū
 intulisse cælo, maiestātē hīc nō abf-
 tulisse. Ipsum autē ad dextram Dei
 sedentē non manu ap̄phendendū,
 sed fide tenendū esse. Ergo, si rectè
 colligo p̄stigiator, hęc tua senten-
 tia est, nō esse verū corpus nec ve-
 rum sanguinem Christi in hoc sa-
 cramēto, quia hęc cælo illata sint,
 teste Augustino, sed fide tm̄ p̄cipi,
 iuxta illud fortasse, qd & ipsū Au-
 gustini

RESPONSIO ALTERA.

gustini est, Crede, & manducasti.
 Primum, illud miror, nunc primum
 innotuisse tibi ex hoc Augustini lo-
 co, Christum in celum ascendisse,
 cum ne pueri quidem illud ex sym-
 bolo catechistico ignorēt. Deinde
 fide percipi & manducari Christū
 spiritualiter, nemo vnq̃ negauit ti-
 bi, & hæc illa est manducatio, quā
 modò dixi, Crede & manducasti.
 At nos loquimur de sacramentali,
 qua cum pane & vino, vt tu di-
 cis, vt ego autem dico, sub spe-
 cie panis & vini manducatur ca-
 ro, & bibitur sanguis Christi, non
 Caparnaitico intellectu, vt tu no-
 bis affingis, sed inuisibili myste-
 rio, quemadmodum suprā decla-
 ratum est. Quid te igitur nunc mo-
 uet ad nouam confessionē ex præ-
 dicto Augustini loco? aut si hæc no-
 uan

non est, sed veterē retines, quā ex
Augustana didicisti, explana mihi
quā modo teneas, qđ noui haufe-
ris hoc insigni Augustini loco (nā
hoc epitheto eundē in margine li-
belli tui cohonestasti) Nihil hic di-
cere te posse satis scio, nec aliud
habes quod dicas, nisi vnum illud,
quod iam dixi, Christū sedere ad
dextram patris in cælo, & hinc effi-
ci eundem in sacramento esse non
posse, idque teste Augustino, qui
apertē dicat corpus illatū cælo, fi-
de autem tenendum & manducā-
dum esse. Quod si ita est, si iam ter-
giuersari certē in re tam aperta nō
potes, quæ vanitas tua, quæ fraus,
quæ improbissima impostura tua
est? dissimulare illud ipsum in ea-
dem parte libelli tui, & quasi aliud
prorsus credas ac sentias, ita præ te
ferre

RESPONSIO ALTERA.

ferre, vt fucū etiam illis, quibus cū
 haftenus vixisti, facias, quoque fa-
 ciliùs credant tibi, inuoces Deum
 etiam sanctamq; Ecclesiā eius te-
 stē, diuini scilicet numinis autho-
 ritatem fraudi mēdacioq; tuo, nō
 alia certē q̃ insigni illa Arriana im-
 pietate interponens? Ac ne quis à
 me fingi hoc putet, tu ipse recog-
 nosce verba tua, q̃ pagina libelli tui
 234. scripta sunt, nimirum vt oēs
 agnoscant piam & Euangelicā or-
 thodoxi hominis cōfessionē, Te-
 stor corā Deo, inquis, & sancta Ec-
 clesia ipsius me credere, quòd cū pa-
 ne & vino exhibeātur verè corpus
 & sanguis Christi vescētibus in coe-
 na Domini. Quid? cur non ve-
 rum dicis? vt habet prima Cōfessi-
 o Augustana, vel potiùs, cur non
 his verbis cōfiteris, quòd verū cor-
 pus

pus & sanguis Christi verè sub specie panis & vini in cœna præsens sit, & ibi distribuatur ac sumatur. Nam ita disertè habet prima illa & vera confessio, quã dixi, quę Cæsari anno 1530. Augustę oblata fuit. Quòd si mihi non credis, in promptu res ipsa est. statim & in cõtinenti, vt aiunt, quod dixi probari potest. Nã q̃ tu tã solennibus verbis profiteris, idẽ & Calvinus pronunciat, idem confitentur sectatores eius omnes, quorum theses etiã & axiomata publicè extãt, qui tamen vt nominent quidem corpus & sanguinem Christi, nõ ipsum tamen corpus & sanguinem, sed virtutem vtriusque intelligunt. Possúm ne igitur fidem habere verbis tuis? credere te ipsum sentire quod professus, quod
tam

RESPONSIO ALTERA.

tã sanctè protestatus es? Cùm Aug-
 gustana confessio dicat verum cor-
 pus, tu verè: illa sub specie panis &
 vini, tu cum pane & vino: illa præ-
 sens, & distribui, & sumi, tu horũ
 nihil addas? Sed dices incuria Ty-
 pographorum hoc accidisse. Cre-
 do equidem, & credibile est, præ-
 sertim apud eos qui, qui officinæ
 typographicæ vsum nunquam vi-
 derunt. nihil vos pudet vanæ & ca-
 uillosæ tergiuersationis? Sed quæ-
 tamen ex te, cū prima & legitima il-
 la, ptestantiũ Confessio Cæsari &
 statibus Imperii oblata, his disertis
 verbis cõcepta fuerit, verũ corpus
 & sanguinẽ Christi, nõ verè, itẽ sub
 specie panis & vini, nõ cū pane &
 vino, minimè autem virtutem
 corporis & sanguinis Christi, sed
 corpus disertè, & sanguinẽ disertè
 expri-

exprimar, id quod adhuc hodie re-
 tinent ac sentiūt oēs, quicunq; ad
 Berengarianam illam, atque olim
 damnatā Sacramentariorum hæ-
 resim, non declinauerunt: cur tu
 oppugnes trāsubstantiationē sub
 verbo scilicet speciei in dicta Cōfes-
 sione positā? cur hoc facias animo
 tā pertinaci & obstinato? Sin autē
 tertiā recipis (nam ter mutata est)
 cur nō credis verū saltē corpus &
 verū sanguinem Christi in Eucha-
 ristia esse, id quod illa asserit? Vir-
 tutē aut corporis, & sanguinis do-
 minici contra professionis tuæ pla-
 cita in locū eorundē subiicere, si
 non metuis Deum ultorē, cur nō
 leuitatis saltē apud homines, tur-
 pisq; incōstantiæ notā extimescis?
 Negas veterator? Cur ergo apertē
 locutus non es? cur non explanasti
 mentem

RESPONSIO ALTERA;

mentē tuam? corpus verū pro vē-
 rē, cur nō exhiberi dixisti? imō cur
 non fugisti calūnianę fraudis suspi-
 cionē, quā sub eisdē verbis latere
 nō ignorasti? cumq; semel de fide
 & confessione tua verbis ambigu-
 is p̄testatus fueris, cur mox quasi
 declaraturus mentē tuam, talē ex
 Augustino protulisti sentētiā, quę
 verbis quidē responderet cōmodis-
 sati tuę, sensu aut ac voluntate scri-
 bentis à quęstione nostra alienissi-
 ma esset? Quid .n. ad sacramēti, qd
 ad transsubstātiatiōis q̄stionē il-
 lud qd tu post sanctā illā p̄testatio-
 nem tuā ex Augustino de spiritua-
 li manducatione induxisti? fide scili-
 cet absentē Christum apprehendē
 dū esse, fide tenendū, fide p̄sentē a-
 pud nos esse, q̄uis corpus cēlo sit il-
 latum? quid inquam ista pertinent

ad q̄stionē nostram? vbi probandū
erat tibi, nō fieri transsubstantiati-
onē panis & vini in sacramentali
manducatione, q̄ principalis erat
q̄stio, in quam tu veterū quidem
aliquot sententias, licet perperam,
sicut ostensum est, cōtra me indu-
xisti, at qd, inquā, ad hoc faciunt
verba Augustini? Nisi certē illud,
quod iam sæpe dictū est, nec tu ne-
gare potes, quia ille s. Christum in
cælo collocavit, nec aliter q̄ fide ad
eū perueniri posse Iudæo respōdit,
idcirco tu amplecteris insigne hoc
dictū, negas verū corpus Christi in
sacramento esse, quia cælo illatum
sit, negas carnalē & Caparnaiticā
māducationē hīc locū habere, sed
spiritualē accipiendā, q̄ sola fide cō-
stet, qua hīc in terris s. cōstituti car-
ne & sanguine Christi in cælo po-
tiamur?

RESPONSIO ALTERA:

tiamur? At hîc nō de spirituali, sed de sacramentali mādicatione agi, quoties tibi inculcandum est? Nisi fortè vna eademq; est mādication, nec differt sacramentalis à spirituali. Quod si ita est, si sufficit fide manducare Christum, hoc est, credere in Christum, sicut Augustinus interpretatur, quid opus fuit institutione huius sacramenti? Cur Christus dedit discipulis? cur vt idem in memoriam sui facerent, illis mandauit? Nō dico fidē hic necessariam non esse, quæ fundamentum est gratiæ & virtutis omnium sacramentorum, sed dico fide spirituales manducationem fieri, nobis autem hic de sacramentali negotium esse, quæ aliquo modo differat à spirituali, & quo ritu celebran

da sit, ex Euangelicis scripturis demonstratur. Quid igitur hic habes quod dicas Sacramentarie? Si spirituales ex sententia Augustini amplecteris, nōdum habes sacramentale, si sacramentale affectas, necesse est ut utaris eadē, iuxta institutum Christi & Catholicæ Ecclesiæ observationē, alioqui nunquā illa poteris. Vides igitur nūc qualis sit tua illa protestatio, quā corā Deo & Ecclesia tā sanctē fecisti, in qua cū pronunciaueris de sacramentali manducatione, id quod verba tua disertē ostendunt, Intellexeris autē de spirituali, id quod & ipsum declarasti, quis nō videt te & corā hominibus quos improbē fefellisti, & coram Deo, quē testē fecisti mendacii tui impiē peierasse? Sed satis de Augustini testimonio, quod tā parum

hic

RESPONSIO ALTERA.

hic tibi pfuit, vt fatius fuisset nullā te mētionē eius intulisse. Atq; huc usque responsum sit tibi de Transubstātiationis articulo.

Locū de Inuocatione Sanctōrū suprā attigi, sed pleniū tractaui in scriptis cōtra Bucerū citatis ibid. veterū testimoniis, ad quæ te etiā in hoc tēpus remitto. Sed & locū de dimidiato sacramēto, vt tu vocas, tractaui cōtra eundē Bucerū, item & nouissimè cōtra Göppingen sem, quē libellum ex maledictis & criminationibus tuis legisse te satis animaduerti. Quæ oīa, sanè si satisfaciūt tibi, bene est, sin min⁹, quære aliū, q̄ frustra tecū litiget. Nā neq; ista, vt scias, tua causa scripta sunt, sed iis duntaxat q̄ lecturi sunt ea oīa cōsue, & aīo incorrupto inter nos iudicaturi. Venio ad alterā partē

quæstionis nostræ. Duo enim p-
 posuerā, vnum: An cultus & ritus
 impios, aliāq; id genus, quæ tu ob-
 iecisti in libello tuo, contra verbū
 Dei habeat Papistica Ecclesia, de
 quo hætenus disputatū est cōtra
 te, & calūniosa obtrectatio tua, vt
 arbitror, satis confutata. Alterū si
 habet fortasse (ita enim finge) si ha-
 bet: inquā, talia Papistica Ecclesia,
 qualia tu obiicis, an idcirco sit hæ-
 retica, & tu vis, extraq; catholicā
 Ecclesiā habēda? Paucis hic respō-
 debo tibi pro loci huius euidētia,
 & quidē partim ex his quæ de ca-
 tholica Ecclesia & cōmuniōe eiuf-
 dē suprā declarata sunt, partim ex
 vnius Augustini sentētia, cuius tā-
 ta est authoritas, vt grauiori in hac
 causavē teste vel iudice vtī nō pos-
 sim. Dixi Ecclesiā Catholicā nō in

RESPONSIO ALTERA.

Vna aliqua prouincia aut parte terrarū, sed per totū orbē diffusam esse. In hac bonos pariter & malos cōtineri, bonos intus in societate cōlūbe, malos aut foris, & permixtos esse bonis, sed secundū externam duntaxat cōmunionē, q̄ in v̄su verbi & sacramētorū cōsistat, vtrosq; pariter cōplectēs. Porro in hac cōmuniōe permanere oēs, donec se vel spōte sua separauerint, vel gladio potestatis ecclesiasticę p̄cidant. Et hoc illis cōtingit q̄ peruersi & incorrigibiles sunt in duricia, cōtumaciaq; sua perseuerātes, q̄ & reiciunt disciplinam, & Ecclesiā Dei cōtēnūt. Tales sunt hæretici & schismatici, qui vel ipsi gignunt noua dogmata contra doctrinam Ecclesiæ, vel accepta ab aliis pertinacii animositate (vt Augustinus

L 4 inquit)

inquit) defendūt. Et de his nostra est quęstio, An scilicet Papistę tales sint, pertinaci scilicet animo contra Ecclesiam Dei, ac proinde habēdi pro hæreticis & à communione sacramentorum separati.

Hic igitur primū videndum est, quis sit hæreticus? quo cognito, id quod quæritur facilius apparebit. Augustinus in principio libri de vtilitate credendi, ita diffinit: Hæreticus, inquit, est, vt mea fer opinio, qui alicuius cōmodi tēporalis, & maximè glorię principatusque sui gratia, falsas ac novas opiniones gignit, vel sequitur. Et addit, Ille autem, inquit, qui huiusmodi opinionibus credit, homo est imaginatiōe quadā veritatis ac pietatis illusor. Sed hæc passim aliis in locis adhuc clariùs

RESPONSIO ALTERA
rius ac plenius explicat, vt in Epi-
stola ad Episcopos Donatistarū,
statim in principio his verbis, Di-
xit, inquit Apostolus Paulus, Hæ-
reticū hominē post vnā corrptio-
nē deuita, sciēs quia subuersus est
eiusmodi, & peccat, & est à semet-
ipso dānatus. Sed q̄ sententiā suā,
quāuis falsam atq; peruersam, nul-
la pertinaci animositate defendūt,
psertim quā nō audacia p̄sumpti-
onis suę pepererūt, sed à seductis
& in errorē lapsis parētibus acce-
perūt, q̄runt aut̄ cauta sollicitudi-
ne veritatē, corrigi parati cū inue-
nerint, nequaquā sunt inter hære-
ticos deputādi. Quid hic tibi vide-
tur calūniator? an nō vel sola hæc
descriptio potest dirimere litē in-
ter nos, & propositā q̄stionē absol-
uere? Non tantū diffinit Augusti-

nus quis sit hæreticus, sed eūdem
 etiā qualis sit per contrariū osten-
 dit, declarās quis nō sit hæreticus.
 Etenim in priori diffinitione sim-
 pliciter dixerat, q̄ falsas ac nouas
 opiniōes ambitiosè gignit vel se-
 quitur, hīc aut apertius demonstrat,
 quō hoc accipiendū sit. Post vnā
 inquit & alterā correptionem (vt
 ad Titum legitur 2.) si se nō emē-
 dauerit, deuitandū ac pro hæreti-
 co habendū esse. Sed adhuc clari-
 ūs in cōtrario loquitur, si senten-
 tiā suā; inqt, falsam ac peruersam
 pertinaci animo sitate defenderit.
 At quā sentētiam, inquis? quā vel
 ipse peperit, inquā, vel aliūde am-
 plexus est, nō cōtra hominis q̄dē,
 aut sectæ huius vel illius placitū,
 sed contra Ecclesię Catholicę sen-
 tentiā. Nam, vt scias, hoc vbiq; in-
 culcat

RESPONSIO ALTERA.

culcat & vrget Augultinus cōtra
 Donatistas, negās hæreticos esse,
 q̄ ab hominibus dissētiant, etiā si
 pertinaciūs defendāt errores suos,
 sed eos duntaxat, qui à Catholica
 Ecclesia dissentiant, dogmata sua
 obstinatè defendentes, aliter scili-
 cet sentiētes, quā oībus in locis fi-
 deles qui in vnitatē Ecclesiæ per-
 manēt. Lege Augustinū si hoc ti-
 bi displicet, inuenies sæpe repeti-
 tū contra Donatistas, qui Catholi-
 cos à Cypriano dissentire obiicie-
 bant, cuius sentētiam tñ Episcopi
 in Cōcilio Africano approbasset,
 cauillantes s. idē sibi licere aduer-
 sus Catholicos, quod illi aduersus
 Cyprianū sibi licere putarent. Et
 hos quidē, vt vides, hæreticos esse
 cēset August. ecōtrario aut nō de-
 putat inter hæreticos illos, q̄ falsā
 per-

peruersamq; sententiã suã nulla
 pertinaci animositate defendant,
 etiã à Catholica dissētientes, p̄ser-
 tim inquit, si talē sententiã, nō au-
 dacia p̄sumptionis suę pepererūt,
 sed à seductis & in errorē lapsis pa-
 rentibus acceperūt, q̄runt aut̄ cau-
 ta sollicitudine veritatē, corrigi pa-
 rati cū inuenerint. Cōfer ista cū
 Papistis, & Sectarū ducibus, cōfer
 inquã, & vide vtris p̄dicta magis
 conueniant, papistis ne, qui religi-
 onē quã tenēt tanto temporū spa-
 tio à maioribus acceptã retinent,
 an tibi authoribusq; tuis, q̄ nuper
 discessistis non in vno prauo do-
 gmate, sed in multis, nec à Ro. Ec-
 clesia tm̄, q̄ primatū catholicę ob-
 tinet, sed ab vniuersa catholica, at
 que adeò ab oībus Ecclesiis, q̄ in
vnitate totis iã mille & quingētis
annis

RESPONSIO ALTERA.

annis perpetua successione perseverauerūt. Sed cōcedis fortasse Papistas oēs nō esse hæreticos, sed illos dūtaxat accusas, qui impios ac manifestos errores cōtra expressū verbū Dei defendunt. Primū ergo impios errores esse, quos tu accusas, id quod satis iā totis 40. annis demonstratū esse arbitror, nec tu vel tui contrariū probastis, neq; vnquā ꝓbabitis, obstāte s. cōsensu Catholicæ Ecclesiæ, q̄ colūna & firmamentū est veritatis, vt iam sepe dictū est, iam à mille, s. & quingētis annis continua successione ad nos ꝓpagata. Deinde nego manifestos errores esse. Et tu quō hoc probabis? Ex scripturis? quibus? ostēde igitur, vbi ista q̄ obiciūtur à vobis expressè in scripturis imꝓbata sint. Nā vos alias nullas nisi

expressas, vt & suprà dictum est, à
nobis recipitis. Redde igitur & tu
mihi expressas, quibus doceatur
purgatoriū nullū esse, mēsam Dñi
nō esse sacrificiū, nō esse sacrifican-
dū, orandū, eleemosyna danda, p
defunctis, nō esse cōmunicandū
nisi sub vtraq; specie. Sanctos Dei
nō esse inuocādos &c. Redde in-
quam de his oībus expressas scri-
pturas, q̄ tamē idololatrīca & ido-
lomaniaca esse ad populum calu-
mniōsissimē declamatis, & scribi-
tis in libellis vestris, & vt credatur
etiam vobis, haud aliter ac si essēt
mera Euāgelica, nō ambitiosē mi-
nūs quā arrogāter exigitis. Suprà,
si meministi, admonui te, multū
interesse, statuāt aliqd vel recipiāt
cōtra scripturam in Ecclesia, & an
de eodē scriptura expressa nō ex-
tet,

RESPONSIO ALTERA.

tet, quod etiã atq; etiã vobis cõsiderandũ foret, cũm lógè aliud sit cõtra, q̃ p̃ter scripturã statui, siue expressa scriptura sit siue non sit. Sed nostra inquis, doctrina cõsentanea est verbo Dei, de qua & scripturas vobis expressas reddimus. Quas obsecro? cum panes. & vinũ corpus & sanguinẽ Dñi verè exhiberi, quia utiquè scriptũ sit in Evangelio, Hoc est corpus meũ? aut non esse verum corpus, quia videntibus discipulis Christus in cœlum sublatus ad dextram Dei cõsederit? O scripturarũ citatores, nihil tam alienũ atq; absurdum fuerit, si arbitrio vestro permittatur, quod, vobis interpretibus, scripturis sanctis probari non posse videatur. Sed satis sit. Respondi criminationibus tuis,


vt te

BART. LATOMI


vt te dignū fuit. Deinde q̄ sit sententia mea de verbo dei & scriptura sacra, in quem locū tu in respōsione tua improbè cauillatus fuisti, & obruisti me cōuiciis, & morbū petulantie ac maledicentie tue om̄ibus notū fecisti. Post hæc egi & declarauī sententiā veterū de ecclesia, quam tu pari nō improbitate modò, sed & stultitia conatus fuisti adimere papistis, & tibi ac tuis vendicare. Nunc si quid ampliùs delectat te, fac periculū, efficiam quantum potero, ne cum fungo tibi aut stipite negotium fuisse videatur.

FINIS.









Handwritten text in a cursive script, possibly a signature or name, written in brown ink on aged, stained paper.

100

A detail from a fresco in the tomb of Nebamun, showing a figure in a chariot. The figure is wearing a red kilt and a blue shawl, and is holding a bow. The background is a light-colored wall with some darker patches.

1719

1911

D

11113 Dm

18



100